Cotula alia fetida. alia nõ fetida. Fetida ẽ planta similis camomille folijs et flore: q̃ latine vocatur pucida: et grece ptemon. Est alia cotula nõ fetida q̃ vocat͛ ara. bichar: et secũdũ Auic. vocat͛ ocul⁹ vacce: grece vero butalmos. i. oculus bouis: et ista est que a quibusdã vocat͛ cotula minor: et ẽ duplicis speciei sicut inuenies: si. l. l. bichar

Cotularia idem quod supra

Cap. 190.

Cot grece: ara. alphabar: vel alfassat: lati. vero medica vel pratuꝫ. Dias. cap. cot. Cot est herba similis trifolio que infra fenum nascitur. folia habet angusta et virgulaꝫ similem trifolio. in qua virgella semen est ut lenticula illud semẽ miscetur pani pro odore: q̃d cũ salib⁹ elixum in fomento adhibitũ calidũ est. hanc herbam equi et asini comedunt: de quo Auic. li. ij. ca. cot ait: oleũ cot est res magis cõferens tremori.

Coxaros .i. millefolium

Coxablos .i. almea

Coxalos idem

Coxiosos. i. ille cui debent humores per vrinã purgari et nõ purgat͛ et fit sciaticus

Coxilide .i. atriplex: et ẽ blitus

Cozumbrum. i. almea ꝺm quosdã: sed falso: sꝫ qd est. l. l. infra cozumbrum

Cozula quid est. l. l. cesmes

Chonicha chonus conizuli cicuta idem

Chorus .i. vulturnus ventus

Chorona regia .i. pratellum

Chosore .i. spuma maris

Chos .i. malũgranatum

Choen idem

Choteon armenitinum a loco dictum

Cothonas bedias .i. tussis humida antiqua

Comosis est vehemẽs tumor oculoꝝ vt minime claudere valeant egrotantes adeo ut albe partes prime tunice sanguinolente atqꝫ extantes appareant pupillã superantes: et est ophthalmia

Cochachemen idem

Corbezbata est nux serca. i. melecheta eo q grana eius simulantur melice granis

Chonossonobarum magnum. i. pinus

Chonile ꝺm Dias. vocat͛ quedã species origani

Chonus .i. coniza

Chos alcalip. i. testiculi vulpis: et sunt satyrion

Chosalkeb. i. testiculi canis: et est spẽs satyrionis

Chop .i. sup calcaneũ retro

Chorosius est nomen cuiusdam lapidis

Chobzaleoroth. i. ciclamen vel malum terre

Colcodeia .i. datio vite

Chomos .i. cronicus

Chromion .i. cepe

Chronicon. i. tempora annualia et cronica

Chromonos. i. annus: et est tẽpus mensurans spacium vnius anni

Chrotofion gre. lati. tardus vel antiquus dolor capitis vel tẽpoꝝ ac frontis

Crocodileon .i. cameleonta nigra

Cloron .i. viride

Clobasis .i. anagallus

Clogias. i. lanceola: et est species plantaginis

Cromineon .i. cepa canina

Cronopos .i. mala citonia

Crodia .i. capita papaueris

Crotu .i. semen

Cromon .i. cepa

Crocus aphricanus .i. cartamus

Crocus hortulanus .i. cartamus

Crocus ortensis idem

Crocus simpliciter ꝑlatus quid est. l. l. iamfarã

Crocus romanus idem

Crocus orientalis idem

Crocoma. i. fex olei de croco. l. l. oleũ de croco

Crotona. i. sisamus agrestis: et ẽ cataputia maior

Crocodillus grece et latine: ara. tinsa: et est a colore croceo dictus: animal degens in nilo flumine

simile in figura lacerte: nisi quia secūdū se ē bre/uius: aliquando in terra pascit vitulū: rapit matri si reperit portatq; ipsū in flumīe. solū inter animalia mandibulā superiorē mouet inferiore fixa manente. ab Auicenna vocatur tinsa. ij. canone

Crom quid sunt. ll. habelzelim

Cromanos .i. pix arboris pini

Cap. 191.

Rocus ferri sic fit secundum bulcasim libro q dicit seruitor trāslato a simone de Janua: Accipe de limatura ferri quātū vis ⁊ pone in lamīa ferrea ⁊ suffla cū folle quousq; calefiat lamina: ⁊ limaturā pone in mortario ferreo ita calidam: ⁊ tere bene: ⁊ iterū repone ī lamina: ⁊ pone super ignē ⁊ exuffla scdo donec calefiat vt prius fecisti: ⁊ faciat ita decies vel amplius: quia quāto plus feceris tanto melius. quādo ergo cōuersum fuerit in colore croci si adhe/rebit alicui rei color eius non separabitur. ⁊ iuuamentū eius est q qui depilauerit pilū superfluū vel male generatū in palpebra: ⁊ posuerit super locum a quo euulsus est de limatura sic preparata sepe prohibebit ortum eius. ⁊ sunt quidam qui ponunt in vnguentis qñ volunt exsiccationē eorum fortē. ⁊ sunt qui vtuntur ea sola: ⁊ qui proijciunt eā super vlcus humidum cuius sanatio est difficilis ⁊ exiccat ipsum.

Crocus permixtus. i. crocomagna

Cap. 192.

Recomagna est fex olei d croco sz quosdā. sed aliter Dias. ⁊ Sera. dicunt est nāq; confectio ī antidotario scripta que recipitur in diarundine ⁊ in alijs confectionibus. ⁊ sunt ei diuerse cōpositiones quas describit Sera. cap. de diarundine dicens: q quando inuenitur crocus permixtus est intelligendū d hac confectione. Diasco. similiter describit ipsum ut patet in proprio cap. dicēs: Crocomagna fit ex preciosis aromatibus crocinis vnguenti: ⁊ est quasi gleba lata ⁊ oblonga: cuius est optimū atq; probabile quod croci habet colorem: mediocriter mirrhe referens qualitatē. est aūt lene ⁊ amarū: dentes atq; linguā ve/hementer inficiens: vires quoq; ipsas quas crocus habet representat. nam hic leuiter stringit. plures enim in cōpositione propter precij distantiam pro crocomagna crocum mittunt.

Crocoma idem quod supra

Cuasab. i. que in flexuris propter sudorem fiunt

Cuas. i. pruna Cuali idem

Cuelia .i. valeriana

Cue .i. rapella

Cuesos .i. polium

Cuiclichion. i. perclichion: ⁊ est paritaria

Cap. 193.

C **Ali** ara. gre. sica. latine vo dicit sic. **Sera.** li. ag. cap. cui. auc. Gal. sunt ex eis siluestres: domestice ⁊ mōtane. ⁊ ex domesticis quedā sunt recentes: quedam non: sed sunt sicce. ⁊ recentium virtus est debilis propter hoc q admiscetur eis d humiditate. ⁊ sicce sunt meliores ⁊ maxime carnose. ⁊ ille ī quibus est acuitas ⁊ pūctio abstergunt magis ⁊ resoluunt: ⁊ habent in se humidita/tem subtilem. ⁊ virtus ficuum est ca. in fine primi gradus: ⁊ sic. in principio secundi gradus. ⁊ secunda eius virtus ē que maturat ⁊ resoluit. ⁊ alia ē q resoluit apostemata quando miscetur cū farina ordei: aut cum medulla panis frumenti. ⁊ aqua ī qua coquuntur ficus decoctione multa est simil melli in virtute sua. ⁊ recentes quidē ⁊ sicce laxāt ventrem. ⁊ virtus siluestrium est attractractiua ⁊ resolutiua. ⁊ ita est in domesticis anteq̄ maturāt quoniā est in eis aliquid lactis ex arbore. ⁊ arbo/ris ficuum domesticarum virtus est cali. ⁊ subtil ⁊ lac eius ⁊ succus foliorū ipsius calefaciunt cale/factione forti: ⁊ mordicant: ⁊ vlcerant corpus: ⁊ aperiūt orificia venenarū q̄ sunt in ano ⁊ euellunt verrucas ⁊ laxant ventrem. Sz in arbore ficuum sil/uestriū est de caliditate ⁊ subtilitate tantū q si coquantur cū carne bouina dura faciunt illā decoq ⁊ est fortior in oībus predictis q̄ domestica. sz mōtanarū ficuum arboris sapor est acutus ⁊ pungēs ⁊ abstergens. ⁊ quando fit emplastrū cū ramis eius super verrucas que dicuntur capita clauorū aperit eas. ⁊ ita est de lacte eius. s. quando fit vn/guentum ex eo: ⁊ quando fit medicamentū ex eo ⁊ melle abstergit maculam oculi grossam. ⁊ ē conueniens obscuritati visus: ⁊ descēsui aque ad oculum que fit ab humoribus grossis multū. ⁊ cine/res quidem ficuum ⁊ glandium ⁊ lacticiniorum sunt meliores cineres ad abstergendum. Et idem auc. Dias. que ex ficubus sunt recentes ⁊ mature sunt male stomacho. ⁊ laxant ventrem. ⁊ quando inducunt fluxum ventris est leuis abstersionis. ⁊ prouocāt sudorem. ⁊ abscindūt sitiz. ⁊ sedant caliditatem. sed sicce sunt cibus. ⁊ inducunt sitim. ⁊ molliunt ventrem. ⁊ non sunt conuenientes cursui humorū ad intestina ⁊ anum. ⁊ ipse sunt conueniētes gutturi ⁊ canne pulmonis ⁊ vesice ⁊ renibus ⁊ asmaticis ⁊ discoloratis propter aliquas egritudines antiquas: ⁊ epilepticis. ⁊ ipsi coquunt cū isopo ⁊ bibitur earum decoctio: ⁊ purgat pectus a superfluitatibus. ⁊ cōfert tussi antique, ⁊ dolori ātiquo pulmonis. ⁊ quando teruntur cū cartamo laxant ventrem. ⁊ conficiuntur cū nitro ⁊ farina cū aceto ⁊ sale: ⁊ fit inde emplastrū replet vlcera humida q̄ sunt in capite. ⁊ confert syre. ⁊ liniuntur etiam cū eo scissure palpebrarū: ⁊ cōfert. ⁊ quando coquūt in aqua mellis ⁊ fit cū illa decoctione gargarisma confert apostematibus gutturis: ⁊ amigdalarū: ⁊ squinantie. est enim valde vtilis medicina. ⁊ sunt cōuenientes emplastris. ⁊ quando coquunt cū fenugreco in aqua ordei ⁊ fiunt in ea sessiones con/fert duriciebus matricis. ⁊ quando terunt cū ruta ⁊ fit inde clystere confert tortionibus. emplastrū vo qd fit ex eis est mollificatiuum ⁊ resolutiuū. ⁊ quando fit emplastrū cū eis ⁊ yreos nitro ⁊ alce postq̄ fuerint decocte ⁊ trite cū eis maturāt apo

stemata dura: et clauos: et apostemata que fiunt in radice aurium. et quando teruntur crude et miscē tur cum calce et nitro: et fit inde emplastruȝ: resol uit apostemata dura et humores q fluxerūt a mē bris. et quando teruntur et miscentur cuȝ calcanto conferunt scissuris aurium. et quando coquuntur cum vino et teruntur et miscentur cum farina or dei et absinthio: et fit inde emplastrū super vētrē hydropicorū facit illum detumescere. et quando teruntur et miscentur in ceroto conferunt cōbusti onibus ignis: et excoriationibus calcaneorū. et quā do coquuntur cū synapi et ꝓijcitur decoctio earū ī aureȝ confert tinnitui ipsius et pruritui eius. et qñ coquuntur cum fenugreco et miscentur cū eadem decoctione: et liniuntur super empetigineȝ et alias maculas que fiunt in cute confert. et ficus sunt dif ficilis digestionis. et molliunt ventrem. et habēt v̄ tutem mollificandi omnes duricies. et folia arbo rum cuius fructus est niger quādo fit emplastrū cum eis confert morphee. ficus aūt īmature cum melle conferunt morsibus canis rabidi et vlceri bus a quibus emanat sanies similis melli. et quan do miscentur cum eis folia papaueris extrahunt ossa fracta. et quando miscetur cū eis vinum resol uit clauos. et quando fit emplastrū cum eis et oro bo et vino confert morsui mugali. sed agrestis fi cus folia quando fit cum eis emplastrū: et sale: et aceto aufert furfures capitis: et apostemata que fluūt in cute capitis: et que dicūtur acoras. et quan do fricantur palpebre cum folijs ipsis auferūt as peritates et pruritum et scabiē ipsoꝝ. et lac qđ ema nat ex arbore eius quando linitur super morsum serpentum et vermiū venenosorū confert multuȝ et confert formice: et non sinit eam dilatari in car ne quando linitur ea circunquaqȝ et maxīe si ad misceтur ei pinguedo porci. et quando ponitur in emplastris conuenientibus confert scabiei vlcero se: empetigini et maculis que fiunt ab humoribus et podagre. et extrahitur succus ex sūmitatibꝰ eius quando accipiuntur in principio: verū dum appa rent molles et plene humiditate: et anteqȝ incipiant emittere germina: et teruntur et exprimitur succꝰ ab eis et siccatur et reponitur: et facit ea que de la cte diximus. et virtus eiꝰ est que coagulat lac quā do est liquidum: et dissoluit coagulatum. et sūmita tes eius quando incipiunt dare lac laxant ventreȝ similiter lac eorū. et cinis ramorū eius quando fit lixiuium cum eo valet dysenterie facto cuȝ eo cly steri. et quando lauantur sepe vlcera cū eo dissol uit et corrodit duricies ipsoꝝ: et abstergit concaui tates eoruȝ. et quando infunditur spongia: et ipsa ī ponitur super vlcera cancrosa sanat ea. et quando datur in potu illi qui sumpsit medicinam vene nosam vel potionem confert. et quando miscetur cū oleo et linitur cum eo corpus prouocat sudo rem. et hoc idem faciunt alij cineres et maxime ar boris glandium. sed ficus īmature. s. quando ca dunt de arbore si fiat ex eis emplastrū crudis cuȝ farina frumenti et nitro confert formice. et quādo fit emplastrum cum eis decoctis super nodatiōes neruorum et super scrofulas dissoluit eas. et quan do fit super morsuram venenosam attrahit vene num ad superficiem cutis.

Gal. vij. sim. phar. cap. sica. se cundum translationem grecam. Sica. i. ficus. sicce quidem calide sunt vir tute in primo gradu iam cōpleto vel secundo in cipiente. habent auteȝ quid subtile in partibus. ex ambobus igitur his sufficiunt duros tumores di gerer̄: mox autē diafor ant. et ipse quidem ꝓprie p se cataplasmate talis sunt virtutis: oportet aūt vbi magis digerer̄ vis triticeam farinam miscere. Si v̄o diaforare: ordeaceam. panis aūt in medio eoꝝ est: sȝ que talia methodi que de cōpositione phar macorū et terapentice sunt magis ꝓpria. ad presēs v̄o sufficit et hoc noscere de ficubus. sicce etiā quā do pinguiores: magis digerere. acriores v̄o in gu stu abstergere et diaforare nate sunt. quod v̄o fit multum eis coctis in aqua simile est non ea consi stentia solum: sed et virtute mellis. recentes v̄o co meste ꝓpter admixtionem humiditatis imbecilli oris virtutis sunt: ventreȝ tñ subducunt. s. humide et sicce. ficulnearū v̄o siluestrium ficus acris est: et diaforetice virtutis: ita aūt et domesticarum ficul nearum. Olinthi. i. ficus parue non mature parti cipant adhuc opos. i. lacticinio ficulnee. Siki. i. fi culnea ca. et subtilium partium cōplexiōis est: sicut et opos eius indicat et foliorū succus. fortiter enim alterutrū eorū est calidum: vnde non mordet so lum vel abstergit vehementer: sed etiā vlcerat vel anostomizat: et verrucas extrahit. est etiam purga tiuum. siluestris aūt ficulnee palam ita sunt calide et subtiliū partium cōplexione: vt bouinis carni bus duris si misceantur liquabiles eas faciant.

Gal. secundo de cibis cap. de ficubus dome sticis. adsunt aūt ipsis s̄m ventreȝ fluxi biles esse et pertransire de facili per totum corpꝰ et etiam abstersiuum habere: et etiam s̄m qꝫ are nosa quedam multa nefreticis in esu ipsarum se cernuntur: paucūqȝ dant corpori nutrimentum: et non forte: sed spongiosaȝ faciunt carnem sicut fa ba. īplent quoqȝ ventrem vētositate: et essent vtiqȝ satis grauantes si non secederent velociter. vnde bene matura ficus venit ꝓpe ad non totaliter le dere: consideratur existens iam siccis ficubus. nā ficus sicce virtutem habent subtiliatiuam et incisi uam: ꝓpter quā et ventrem ad egestionem excitāt et renes expurgant. epati autem et spleni phlegmo nantibus nociue comuni ratione oīuȝ dulciuȝ. vi rides aūt non generant sanguinē valde bonū. ab ū dantibus autē ipsis sequitur ipsos pediculorū mlꝰ titudo. ficus quoqȝ et vue opere q̄si capitales sunt et enim nutriunt magis fructibus oībus horarijs et minime sunt cachochimi: et maxīe qñ fuerīt fru ctus hi bene maturi. qꝫ aūt multum nutriant ostē dunt custodientes vineas qui in duobus mensibꝰ impinguantur: non tñ fortis et cōpasta est eis caro generata sicut que ex carnibus: sed laxa et rara: ꝓ pter qđ celeriter contrahitur cessāte edulio. minꝰ autē ficubus vue nutriunt: et maximū in eis bonū est celeriter secedere: ꝓpter qđ si retineant aliqñ

satis ledunt non existentibus maturis ficubus. si enim non secedant ficus notabiliter: digerantur aūt in ventre bene non nocivum dant corpori alimentum. vuis aūt neutrū hoꝝ existit: neqꝫ cum digerūtur bene: neqꝫ si retineantur ꝛ secundum eam que ad ventrem ꝛ epar distributionē crudū generant chimū non facile convertibilem in sanguinē. ꝛ racemorum quidam substantia cōposita est ex eo q̄ continetur ꝑm ipsam humiditatē ex qua vinū fit. ꝛ cuꝫ his adhuc ex acinis ꝛ ex eo qđ cōtinet hec extrinsecus hymenodea cute que nihil ꝑm suiipsius sensibiliter alterata consideratur his que in ficubus ꝛ ideo aliquid q̄ꝫ inutile removent ipsum sumētes totum ꝙ intus ken kiamitibus. ꝓportiōabile enī est utrorūqꝫ fructuū ꝙ semen penetrans est ītrās mutatū. Almansor tractatu tertio cap. de ficubus ficus calide sunt que cum sunt recentes: ventrē inflant: ꝛ leniunt humorē creantes non malū. sicce vō non multū nutriunt ꝛ calefaciunt: quare mult⁹ usus earū pruritū: ꝛ pediculos generant. ventreꝫ quoqꝫ leniunt quando ante cibum sumuntur.

Avic. libro. ij. cap. de ficubus. Ex ficub⁹ melior est alba: deinde rubea: deinde nigra. ꝛ que vehementer est matura est melior: ꝛ ꝓxima ad hoc ut non noceat. ꝛ sicca quideꝫ in suis operationibus est laudabilis: verūtñ sanguis ex ea generatus non est bonus: ꝛ ꝓpter hoc facit pediculos. verum si sumatur cū nuce eius chim⁹ fit bonus: ꝛ cum amigdala. ꝛ levior oībus est alba. illa que ē humida est cali. parumper. ꝛ que ē humimida est plurime aqueitatis: ꝛ parum est medicinalis. que vō īmatura est abstersiva ad frigiditatem parum declinans: nisi lac eius. ꝛ que sicca est cali. in primo ꝛ in fine ipsius ꝛ subtilis. ꝛ que sicca est ꝛ ꝓprie acris fortis est abstersiōis: maturativa resolutiva: ꝛ carnosa est plurime maturationis. ꝛ in ipsa sunt glutinatio ꝛ incisio: ꝛ subtiliatio. ꝛ silvestris est acutior ꝛ fortior in hoc. ꝛ fructus qdeꝫ eius nutribilior est reliquis fructibus. ꝛ que vehementis est maturationis ꝓpinqua est ad hoc ut non noceat: ꝛ in ipsa est inflatio. ꝛ expellit sup̄fluitates ad cutim. ꝛ facit sudare. ꝛ ꝑꝫ ꝙ estimo sicca similiter expellit ad exteriora ꝛ facit sudare. ꝛ illa quidem que est humida velocis nutrimenti: ꝛ penetrationis in stomacho: ꝛ in corpore. nutrimētū vō ficus lꝫ non existat in robore nutrimēti carnis ꝛ granorum: tñ vehemētioris est roboris q̄ꝫ nutrimentū omniū fructuum. Isaac in dietis particularibus cap. de ficubus. Ficus ceteris fructibus laudabilior ac nutribilior: humiditatis tñ sue cā grossos creat humores. natura eius est calida ꝛ sicca. q̄litates aūt caliditate ꝛ siccitate diverse sunt: ꝛ ꝑm suiipsius diversitates. est enim ficus domestica: ꝛ silvatica. domestica etiam in viridem dividitur ꝛ siccam. viridis quoqꝫ duplex est modus: quoniaꝫ q̄dam est perfecte matura: ꝛ non perfecte matura non perfecte matura minus ca. ꝛ magis grossa ꝓpter dominationē terrestri partis. habet tñ humiditates latentes que acuitatem ei prestant: ꝛ siccitem in secundo. vnde Hippo. Ficus q̄to longior est a maturitate tanto minus ca. ꝛ magis grossa. valet hec secundum medicinā cocta ꝛ cataplasmate facto scrofulas glandulasqꝫ dissolvit. nitro ꝛ aceto cōmixta pustulis in capite valet. mixta cū melle ad morsuꝫ canis: ꝛ pustulas q̄ viscosos habent humores. papaveris agrestis frondibus mixta ossa fracta ex vulneribus ꝓijcit. Item cera adbibita ꝛ apposita dissolvit. si pista in vulneribus apponatur sanat perfecte maturata. viridis aūt ficus sicca est minus ca. calor enī eius est in medio primi gradus. humiditas vō ꝛ siccitas in ipsa temperata sunt. ex trium itaqꝫ rerū cōpositione consistit: corticis videlicet seminis ꝛ carnis. seminis nutrimentū est nullum: ꝛ est de natura harene vel lapidis. cortex vō fic⁹ ut cutis ē ꝓpterea durissim⁹ ē ad digerendum. caro aūt eius nutribilior digestibiliorqꝫ existit. Super hoc Dias. calorem ingt extinguit. sitim aufert. ꝛ sudorem ꝓvocat. sicca vō ē cali. initio secundi gradus: sicca in medio primi. q̄obrem calefacit ꝛ sitiꝫ creat: ꝛ in cholericos mutatur humores. ceteris vō fructibus nutribilior: minusqꝫ inflationis habet. sed si superfluos in stomacho humores inveniat: dura fit ad digerenduꝫ: ꝛ in corruptionē mutatur. ꝛ inflationē: ꝛ ventositatē generat: ꝛ pessimū sanguinem. in superficie auteꝫ corporis pediculos creat. si aūt mundificatis humoribus stomachus vacuus ab his reperiatur bene digeritur: ꝛ sanguinem laudabilem facit. corp⁹ mundificat a malis humoribus. vrinam ꝓvocat. pectusqꝫ purificat: ꝛ pulmonē: renes: atqꝫ vesicam ab humoribus grossis: non tñ inflationis ventositatisqꝫ libera est. qui vō eius nocumenta oīno devitare vult ieiunus accipiat: ꝛ post illam calamentum manducet: aut ameos: aut isopum: piper: vel zinziber: ꝛ similia. ꝛ cholericus post illam oxizacaram accipiat. qui maioris etiam nutrimenti causa velit accipere: ꝛ vt sanguinem laudabiliorem generet nuces vel amigdalas manducet. Item valꝫ si cum isopo coquatur: pectus enim ꝛ pulmonem mundificat: tussim diuturnam curat gargarismate facto. cum apozimate in cannalibus pulmonis apposita dissolvit. ꝛ in lacertis que sunt in latere lingue ꝛ cocta cū vino: si clystere fiat valet ad dolorem ventris qui ex grossis est humorib⁹. rursus cocta cum ordeo ꝛ fenugreco: ꝛ cataplasmate facto apostemata dissolvit. pistate ac sinapi ꝯmixte apozima ad tinnitum auriuꝫ valet.

Dias. capit. de ficub⁹. Ficus lachryma sive succus ficus instillatus vexationibus vel percussuris serpentum aptissimus approbatur. ꝛ myrmiciis circūlinitus medetur. em petigines ꝛ lepras ꝛ lachrymas effelidas ꝛ podagram admixt⁹ cataplasmatibus curat. non aūt aliter succus fit q̄ꝫ concussis atqꝫ expressis mollioribus ramis tpe quo fecūditate infusa gravidi videntur: sed necduꝫ in oculos germinum erumpentes. hic succus in umbra siccandus est: ꝛ sic reponendus. ex ipso aūt lac limpidum coagulatur: ꝛ coagulatum resolvitur. cinis aūt exustor admixtus aque suscepto liquamine dysentericis iniectione medetur. ꝛ calosos vlcerū

sinus.spongijsq; ex ipso madefactis ⁊ appositi cã crene medent. Item veneno tẽtatis potui dat. cũ oleo mixt⁹ ⁊ vnctus sudores mouet. hoc ⁊ ceteri p̄stant cineres: sed magis quercin⁹. caduci aũt fruct⁹ crudi medent myrmiceis cataplasmate impositi cũ farina atq; nitro. cocti aũt inuersiones neruoꝝ atq; scrofas emolliunt. venena etiã ad superficiem corporis euocãt. Ficus vero mature si comeste fuerint spũ ꝯturbant. ventrem deponũt. feruorẽq; nutriunt. sitim ꝓhibẽt. vñ fic⁹ molles cacostomatice sunt: ꝙ si ventrẽ soluerint difficile abstinere poterunt. sudorem ꝓuocant. exantimata cõpescunt. Sicce vero q̃ carice vocãtur stomacho vtiles sũt ⁊ termantice. sitim excitant. rheumatismo stomachi ⁊ ventris ꝯrie sunt. arterijs ⁊ gule ⁊ vesice ⁊ renib⁹ ꝓsunt. cum aq̃ mulse decocte: ⁊ gargarismate adhibite arteriaꝝ ⁊ fauciũ tumorem ꝯpescunt. vñ optimũ gargarisma est. ⁊ asmaticis ꝯfert: ⁊ eis q ex macronoxia colorẽ pallidum hñt. epilepticis ⁊ hydropicis succurrũt. cocte cũ isopo ⁊ careno ieiuno potui date thoraci ferũt auxilium. tussictibus antiquit⁹ subueniũt. ⁊ pulmonis cãs tẽporales opitulãtur ⁊ remouent.

Cuulb.i.culb	Cuulbi idẽ qd̃ s.
Cuulisson.i.cẽtaurea	Cuufar.i.abrotanũ

Cubeze est spẽs malue siluestris: ⁊ est altea.

Cubeizon	.i.palma christi

Cubebe quid est le.l.kubebe.

Cubigi.i.perdix	Cubrusic ẽ nomẽ loci
Cubrusaiden	.i.pentafilon
Cuckaminos.i.ciclamẽ	Cuclaminos idem
Cuclanaria	.i.cymbalaria
Cuconiones	.i.ramũculi virides.
Cucurbita agrestis	.i.brionia
Cucurbitinus	idem

Cucumer asininus quid est.l.l.refo.

Cucules	.i.stagnuz

Cucurbita id est cocoza: ⁊ est bara.

Cap.194.

Cucumeres latine: arab. cakiar. Ubi sciendũ ꝙ cucumeres sunt melones indi ꝑm quosdam. sed Mesue cap. de cucumere asinino videtur dicere ꝙ sunt citrulli. sed aliqui dicunt ꝙ cucumeres sunt fructus sicut citrulli oblongi: tñ nunq̃ citrinescit. ⁊ habent follas ita distinctas sicut melones: ⁊ cum maturant habent parum dulcedinis: ⁊ sunt insipidi: quod et ego concedo. vnde cucumeres non sunt melones indi: quia Aui. quarto canone capi. de cura tertiane pure ponit melonem indum ⁊ cucumerẽ. ergo non sũt idẽ. Sera. sic dicit sicut apparet in littera dulasa. similiter cucumẽs nõ sunt citrulli: sicut apparet in littera citrullus. Et etiam Sera. dicit auc. Gali. ꝙ citrullus frigidior est cucumere. ergo cucumeres non sunt citrulli. p̄terea in predicta littera Sera. auc. Abix aqua cucumeris ⁊ citrulli confert inflãmatiõi ⁊c. ergo nõ sunt idez. Sera. li. aggre. cap. rachera. auc. Gali. Cucumeris substantia est grossa dura digestioni ⁊ generat chimũ malum paratũq; corruptioni: q̃uis melon sit citius corruptibilis. ⁊ virtus eius est que infrigidat ⁊ humectat in secũdo gradu. ⁊ mollit ventrem. ⁊ prouocat vrinam. ⁊ quando sumitur cum rob aut cum lacte cõfert vlceribus vesice. ⁊ sedat inflãmationem stomachi: ⁊ sitim quando comeditur. ⁊ sedat syncopiz ex caliditate: ⁊ confert ei ex ꝓprietate quaz habet. Et idẽ auc. Abix. Aqua citrulli confert inflãmationi febris. ⁊ sedat sitim. ⁊ laxat ventrẽ laxatione bona sine nocumento aliquo. ⁊ debet buliri cum zucaro albo. ⁊ non oportet ꝙ detur habentibus naturaz duram nimis ad mouendũ: quia illa nõ habet virtutem tantam ꝙ laxat naturam duraz: ⁊ si ipsa fecerit moram in stomacho forsan inducit laborem ⁊ nocumentum ⁊ inflammationes. Rabi moyses auc. Gal. Cucumeres ⁊ pepones si cito ñ digerãt sunt venena mortifera. Gal. vij. sim. phar. cap. sikinis. videtur dicere ꝙ cucumer dicatur de pepone ⁊ cucumere iam dicto. nam dicit sikinis. i. cucumer esibilis: qui quidem pepon est subtilioris substantie. qui võ non est talis: grossioris est substantie: ac etiaz abstersiua ⁊ incisiua participat virtute. vnde diuretica sunt: ⁊ splendidum reddunt corpus: ⁊ maxime si siccauerit quis semen: deinde incidens ⁊ cribrans lenire faciunt. dominatur autem in eis frigida ⁊ humida complexio: non tamen fortiter sed in secundo gradu locatur. si võ quis semen siccauerit vel radicẽ nõ adhuc humide nature erit: sed iam siccantiuz in primo quasi gradu vel secundo incipiente. est aũt ⁊ abstersio in his plus q̃ in carne fructus.

Cucumer agrestis. i. cucumer siluestris: vnde fit electerium: ⁊ est cucumer asininus

Cucumer eraticus	idem quod supra
Cucumer indus	idem quod supra

Cucurbita alexandrina. i. coloquintida

Cucurbita deserti	idem quod supra
Cucurbitinus	.i.cucurbita agrestis
Cudibion	.i.buglossa
Cudilion	idem quod supra
Cudiblos	.i.lingua canis

Cap.195. Quoynys

Cusfa ara. latine võ citonia. Gal. secundo de cibis. Mala ipsa nõ sunt habentia vnã naturaz: quod est quia quedam ex eis sunt dulcia: quedam pontica: ⁊ quedam stiptica: ⁊ quedam acetosa: ⁊ quedam insipida. ⁊ in dulcib⁹ est substantia aquosa temperata. ⁊ pontica vincit ĩ eis frigidum terreum. sed in stipticis hec est eadem substantia cum aquosa substantia dulci. In acetosis aũt est substantia frigida. ⁊ virtus ponticorum ⁊ stipticorum ⁊ acetosorum est virtus que incarnat: ⁊ que glutinat vulnera: ⁊ ꝓhibet illõ qd̃ currit ad apostemata in ꝑncipio eoꝝ. ⁊ fortificat os stomachi ⁊ stomachum laxum ⁊ fluxum: maxime võ que sunt stipticiora ex eis ⁊ acetosiora. sed illud quod vincit superat naturam insipidoꝝ est aqua. ⁊ cõplexio eoꝝ ẽ humidior: ⁊ frigidior ipsa

administratur in medicinis apostematū in principio eorum et in augmento. et vniuersaliter in malis ē humiditas multa: et superfluitas frigida: et ideo destruitur succus eorū et arescit: seruantur tñ qñ coquūtur cū melle et fit inde rob: et seruātur eodē modo citonia ipsa cū melle sicut seruant et succi eorum Citonia maiora vocātur saturnina: et sunt maioris iuuamenti q̄3 alia. Rememorās g̃ illorum quecunq3 poma stipticant scias frigidum et terrestrem chimum habere. quecūq3 aūt acetosa vident frigidū quidem sed subtilium partiū. medie v̄o cōplexionis esse que dulcia ad calidius declinare videntur sicut que perfecte apoya.i. sine qualitate et valde aquosa ad frigidius inclinata. vtaris ergo ipsis secundum predominantium humorum virtutes. Austeris aūt pomis quidē quando pp̄ter discrasiaz calidam: aut pp̄ter humiditatē multam atonos.i. sine vigore venter extiterit. ponticitas aūt quādo sufficienter excreuerit huiusmodi. acetosis v̄o qñ estimaueris in ipso grossum humorem collectum esse non valde aliquid frigidum tāq3 frigidius quidem non acetosis sed trimeis indiget. siccant ambo grossiciem humoruz acetosa et trimea. Differt aūt hec in hoc q hec quidem cū infrigidatione: illa v̄o cū caliditate operantur. palam aūt ex iaz dictis sepe q stiptica quidē superfluos secessus restrīgunt: acetosa humorē quidē grossum inuenientia in ventre diuidunt hunc: subducūtq3 stercus et pp̄ter hoc humectant egestiones. purū aūt inuenientia ventrem restringūt ipsum magis quidē. Et aliud quoddam genus chimi non in pomis soluz sed etiam in oībus alijs fructibus quod aquosum vocant. et apoion minime quidez bonū stomacho. sicut et aqua. malicia aūt est in pomo q tal' his q ad esum ipsius veniunt: aut pp̄ter delectationē h̄ agentibus: aut pp̄ter stipticū. quando g̃ neq3 delectabilia sunt comedere talia: neq3 robur īponunt ventri sicut stiptica: neq3 sunt coniuncta roborantibus: merito spernenda sunt: sicut apud nos in asia in multis locis porcis ipsa pp̄icimus platanistica vocantes: qm̄ gustantibus sunt aliqualiter similia teneris folijs platanorum. cauere āt oportet pulcherrima poma anteq3 super arborē sunt matura. indigestibilia enī et sunt frigida: et tardi secessus: et mali chimi: cum hoc frigidū grossum inesibiliter chimuz habent. quecūq3 aūt bene matura seruantur ad hyemen: et ad ver: q post ipsum pficuissima fiunt. Sepe etem et in egritudinib' in calido cinere assata mediocriter: aut in aqua feruētissima bene decocta: dare aūt oportet ipsa post cibum statim: et quandoq3 ante: et cum pane roboris ventris graita et stomachi his qui sine appetu sunt: et tarde digerentibus vomitiuisq3 et diaricis. et dysentericis. idonea aūt ad talem opportunitatē sunt et q̄ pontica. mediocritatē aūt habēt stipticitatis vt dixi sic preparata deponentibus eorum stipticitatez in tali preparatione: pp̄ter quam stipticorum pomoruz aut pirorum esus laxat ventrem. qm̄ audiui quosdam dicentes subduci ventrē ipsis: post stipticantium esum melius putaui pp̄ter rationē et experientiam nobis sepe notam: qm̄ primo quodā rectore nostro continuo dicente post austerorum pomorum et pirorū esum laxari ventrē: intellexi factum adducensq3 experientia discussionem ipsius. post hanc vtiq3 fiducialius in alijs ad eandem experientiam veni: volui condietalem fieri mihi: virum saltem vno die quatenus viderem qñ et quot offeruntur stiptica: et s̄m primā mox quomodo cōsuetus erat dietari rogaui ipsum nihil oīno pmutare eorum que s̄m dietam. ille aūt post balneū aque nō multū pbibēs: deinde fenugrecū et rhaphanida: et quecunq3 talia multis consueta sunt offerri aliqd aliud ante illud gustare: et similiter cum ip̄e comedisset superbibens aliquid vini dulcis consequenter comedit maluas cū oleo et garo modicū habētibus vini: et post aliquid piscis: et porcine carnis et auis: deinde bibens semel aut scdo: modicuz intercipiens comedebat pira austera: et post hoc p̄cipientibus nobis ad deambulandū: cū parū deābulasset submotus est vēter ipsius notabiliter. cōsiderans ergo hoc ordinaui cū amico pro sequenti die q ego ipsum pcurarē secundū dietam. primo enim post balneum dedi mala et pira comedere: deinde alia: deinceps ut consuerat: et in his sic factis non aūt notabilit' sed neq3 mediocriter successit eius venter. admiratus est ergo multo qđ factum est: requisiuitq3 a me causam ipsius: at ego illi respondi hec nunc dicenda: Garo quidem dixi cum his que simul cum ipso sumebant' aptonato subducere ventrem: et hoc iam preoperante stipticitate vltimo sumpta maxime non vigorosis secundum stomachū causam fieri subductionis: roborando ventrē et pūocando ad expellendum deorsum contenta in ipso. magis aūt dixi vtiq3 credens hoc sumens in sequenti die oīuz quidē p̄mo stiptica: secūdo aūt post ipsa carnes: et oīuz vltimo que cum oleo et garo offerebantur nequaq3 ingt mouere: vtiq3 mox malues comedens cuz oleo et garo optime dixi iudicasti. euertunt enim hec vētrem et maxīe ipsius os qđ ab oībus consuetū est stomachus vocari. confortant autē et corroborant stiptica pp̄ter qđ et si aliquis alius humor ipsum euertat sicut contingit aliquibus cholericis rubeis amplior aggregata hec facere que gustauerit stiptica mox aggregat deorsum talem humorem Deinde ostendi ipsum quendam iuuenē qui ante paucos dies sumpserat gratia purgationis scamonee succū: iamq3 transactis horis qnq3 post oblationē: et nulla assellatiōe consecuta anxiari qdez dicentē stomachuz: intumescere aūt et grauari vētrem: et pp̄ter hoc pallescere et deficere et mihi cōmunicasse sinthomatha ipsum detinētia. qualiter igitur hominē curauerim audi. duxi ipsum iuuenem: eiq3 presentaui presentē et narrantē quomodoquidē ego preceperam comedere aliqd modicum pomi stiptici: aut granati: aut piri: et ille quando comederat mox alleuiatus fuit a molestijs: segregata mox ab ipso multa materia valde ex ventre. Scias igitur dixi rectori: et cui hoc accidēs est quandoq3 supercomedis stiptica pp̄ter debilitatē

ſtomachi ⁊ ventris.ille ⁊ magis hoc inquit veruꝫ dixiſti.eſt enim mihi natura talis:quia ſtomach⁹ meus auertitur de facili a quibuſcūq;.cōponitur aūt ex ipſis pomiſ cibariū manſiuum ſtipticitatiſ opportunum ad roborationeꝫ ventris debilitati. In ſyria autē eſt vocatū melo placenta.cōponunt aūt edulium manſiuuꝫ ſic:⁊ ad romā deferuntur plene ipſo olle noue.⁊ cōponitur dictum edulum ex melle ⁊ carne pomoꝝ cōminuta ⁊ elixa ſimul cum melle:adhuc aūt ⁊ piperis habet aliqd albi ⁊ zinziberis.ſed non eſt nunc tempus doctrine ipſius alibi perfecte dicte.⁊ flos arboris citoniorum dum eſt humidus vel ſiccus eſt conueniens emplaſtris in quib⁹ eſt neceſſaria ſtipticitas.⁊ qñ bibitur cum vino confert ſputo ſanguinis ⁊ fluxui ventris ⁊ menſtruoꝝ.⁊ vinum citonioꝝ ſimplex quod eſt ſine melle confert ⁊ abſcindit fluxū cholericum ⁊ ſitim.⁊ que ex citonijs ſumuntur cum melle ſunt bona vomitui phlegmatico: ⁊ ꝯfortant epar.⁊ muſcillago granorum eorum cum zucaro lenit cannam pulmonis et humectat ſiccitatē ei⁹.

Aui. li.ij.ca.de citonijs.qñ abluitꝰ cinis ramorū ⁊ floꝝ ei⁹ ſunt thucia.⁊ rob pomoꝝ eius aceſcit propter illud quod eſt in ipſo de humiditate aquea frigida.⁊ aſſatum ē melius ⁊ magis conferens.⁊ eius quidē aſſatio fit quādocūq; cauatur et eijciuntꝰ grana ei⁹:⁊ ponitꝰ in ipſo mel et linitꝰ luto eius corpus:⁊ poſtea ponitꝰ in cinere frigida eſt in primo ⁊ in fine:⁊ ſicca in principio ſecūdi.Et eſt ſtipticum cōfortatiuū fortiter:⁊ flos eius eſt ſtipticior:⁊ ſimiliter oleū ipſi⁹.et dulce eſt minus ſtipticum.et ſemen eius eſt linitiuum ſine ſtipticitate.et ꝓhibet curſum ſuperfluitatū ad viſcera:et retinet ſudorem.et oleū eius confert ſciſſuris frigoris et formice.et eſt vtile vlceribus ſcabioſis.Et multitudo eius generat dolorē neruorū.⁊ aſſatum ponitꝰ ſuper apoſtemata oculi ca.et eius ſuccus ꝯfert dilatationi anhelitus et aſmati.et ꝓhibet ſputum ſanguinis.et ſemē ei⁹ confert aſperitati gutturis.et lenit cannam pulmonis.et muſcillago eius etiam humectat ipſam cannam.et cōfert vomitui ⁊ ebrietati.et ſedat ſitiꝫ.et cōfortat ſtomachum recipientem ſuperfluitates.ſyrupus eius ⁊ ipſius infuſio et qđ de eo elixatum eſt ex ipſo vtūtur multi in ſecunda menſa ſuper vinum:et ꝓhibet ebrietateꝫ.et fit ex eo ſyrupus confortanſ appetitum deiectum valde et mortuum.et cōfortat ſtomachum.et ꝓhibet vomitum phlegmaticum.et ē ꝓuocatiuum.et iam dictum eſt ꝙ illud eſt per accidens.et illud quod cum melle elixatum eſt ē maxime ꝓuocatiuū.verūtñ quandoq; ſoluit ventrē et non ſtringit.et generat colicam:et doloreꝫ ventris pungitiuum.⁊ confert diſſurie.⁊ retinet fluxū menſtruoꝝ.⁊ confert arſure vrine quando diſtillatur ſuccus eius aut oleum ipſius in virga.⁊ cōfert oleum eius renibus ⁊ veſice.⁊ quando ſumitꝰ poſt cibum ſoluit adeo ꝙ quando plurimū ex eo ſumitur extrahit cibum ante digeſtionē.⁊ clyſterizatur decoctio eius ad eminentiā ani ⁊ matricis.

Rabi moyſes.Citonia a pregnātibus comeſta generat filios hilares.⁊ comeſtio ipſoꝝ aſſoꝝ poſt cibum generat gaudiū.

Sera. libro aggre.ca.caſa.auct. Diaſco. Arbor citoniorum ⁊ malorum folia ſimiliter ⁊ flos ⁊ ſūmitates ſunt ſtiptice:⁊ ꝓprie arboris citonomioꝝ.⁊ fruct⁹ eius imaturus eſt ſtipticus.mala aūt illa que colliguntur in vere generant choleram citrinam:⁊ īducunt inflāmationē:⁊ nocet neruis ⁊ iuncturis ⁊ mēbris que ſunt de genere neruoꝝ.ſed citonia ſunt bona ſtomacho.⁊ ꝓuocant vrinam.⁊ ſi aſſantur ſunt meliora habentibus fluxum antiquum ⁊ vlcera inteſtinoꝝ:⁊ ſputum ſanguinis:⁊ cholericam paſſionem.⁊ quando bibitur infuſio citoniorum confert ſtomacho ⁊ inteſtinis ad que currunt ſuperfluitates.⁊ quando ſuccus eoꝝ ſumitꝰ confert aſmati.⁊ fit ex decoctione ipſoruꝫ clyſtere ad exitum ani ⁊ matricis.⁊ quando ipſa condiuntur cum melle ꝓuocant vrinam.⁊ mel cuꝫ quo cōdiuntur idem facit:qñ acquiritur ab eis virtus ꝗ abſtergit ventrem.⁊ illa que coquuntur cū melle conferunt ſtomacho ⁊ habent ſaporem bonū:verūtamen debilioris ſunt operationis in conſtringendo ꝙ̄ illa que non coquūtur.⁊ citonia ipſa coquuntur ⁊ ponuntur in emplaſtris ad conſtringendum ventrem:⁊ ad inflāmationeſ ſtomachi:⁊ ad apoſtemata calida mamillarum:⁊ ad duricieꝫ ſplenis:⁊ emoroidas.⁊ fit ex eis vinum quādo teruntur:⁊ fit ex eis ſuccus:⁊ ꝓijciuntur deſuper kiſt.xvi.mellis ⁊ conſeruetur:quia ſi non apponeretur mel aceſceret.iſtud vinum conuenit oīb⁹ egritudinibus quibus diximus citonia conferre ⁊ fit ex citonijs oleum ⁊ dicitur citoniorum:⁊ vtimur eo quando volumus ventrem alicuiuſ ſtipticum reddere.⁊ oportet ꝙ eligantur citonia que dicuntur licinia:⁊ ſunt parua:rotunda:boni odoris.illa vō que vocantur ſaturnion:⁊ ſunt maiora ſunt minoris iuuamenti ꝙ̄ illa.⁊ flos citoniorum dum eſt ſiccus non humidus:eſt conueniēs in emplaſtris in quibus eſt neceſſaria ſtipticitas:⁊ cōuenit apoſtematib⁹ calidis oculoꝝ.⁊ qñ bibitꝰ cū vino cōfert ſputo ſanguinis:⁊ fluxi vētr ⁊ inteſtinorum:⁊ etiam menſtruoꝝ.ſed illa que dicuntꝰ mellomella molliunt ventrem.⁊ expellunt lumbricos ⁊ ſunt mala ſtomacho ⁊ inflatiua ipſius.ſed illa ꝗ nominantur in latino aromata ſunt bona ſtomacho.⁊ ſtringūt ventreꝫ.⁊ ꝓuocant vrinam:niſi qr ſunt debilioris virtutis ꝙ̄ citonia.⁊ iſta ſunt illa ꝗ vocantur atyrotypa.Et ſilueſtria ex eis ſunt ſimilia malis in vere naſcentibus in ſtipticitate.⁊ oportet ꝙ adminiſtrentur citonia in egritudinib⁹ in quibus oportet ſtipticare anteꝗ̄ ad maturationem perueniat.Et idem Sera.auc.Humai.Citonia prouocant vrinam per accidēs:⁊ ſtringunt vētrem.Et idem auc.Aben meſuai.Ponticitas eoꝝ eſt plus ponticitate maloruꝫ.⁊ qui ſugunt ea poſt potum vini ꝓhibent fumoſitates vini aſcendere ad caput.⁊ non oportet ꝙ aliquis vtatur eis nimiſ quia faciunt accelerare deſcenſum cibi ante eius digeſtionem.⁊ nimius vſus eorum generat colicam paſſioneꝫ ⁊ dolorem neruoꝝ.⁊ rob eorum

simplex confert cholere que generatur in stomacho.ꝛ eius quidem mina fortificat stomachū ꝛ i coriat eū.ꝛ abscindit vomitū qui accidit ex phlegmate.ꝛ uinū citoniorꝫ simplex quod est sine melle confert cholere.ꝛ abscindit fluxū cholericū: ꝛ sitim.ꝛ que ex citonijs sumuntur cum melle sunt bona vomitui phlegmatico.ꝛ calefaciunt stomachum.ꝛ condita ex eis incoriant stomachū.ꝛ fortificant epar.ꝛ,muscillago granorꝫ eorꝫ cū zucaro lenit cannam pulmonis:ꝛ humectat siccitatem.

Cap.196.

Algeg ara.gre.hyalon sive hyaon:lati.vo vitꝛ.Uitrū fit ex cinere herbe spinose nascentis in littore maris.dicunt quidā ꝙ sunt tribuli marini:sed falsorimo uocatur herba uitri.

Sera. li.aggre.ca.cugeg. Cugeg est vitrum ex eo est lapidosum:ꝛ ex eo est arenosum.ꝛ quando incenditur ꝛ miscetur cū eo lapis magnes coagulatur corpus suū ꝑpter plūbeitatē que est in eo.virtus eius est calida in primo gradu:sic.in tertio.ꝛ ingreditur in multis cohol.ꝛ aufert furfures capitis.ꝛ lenificat capillos ꝛ barbaꝫ ꝛ quando teritur ꝛ bibitur cū vino albo ꝛ subtili frangit lapidem in vesica.Et idem auc.Alben mesuai.Est ca.ꝛ sic.ꝛ est bonū pulmoni:ꝛ casui capillorū.ꝛ vitri sunt plures colores.nam ex eo est albus fortis albedinis:sicut crystallus:ꝛ est melius alijs.ꝛ ex eo est rubeus.ꝛ est citrinum:ꝛ viride: ꝛ azulinum.ꝛ dicitur ꝙ vitrū est lapis stultior alijs lapidibus.ꝛ est inter lapides sicut stultus inter homines:nam ipsum inclinat᷑ ad omnē tincturam:ꝛ est facilis dissolutionis in igne a quo extractū cito petrificatur ꝛ coagulatur.crystallus aūt est species uitri:nisi quia inuenitur in minera sua vbi coagulatur.ꝛ lege ꝑ ipso litterā lapis crystall᷒.Bulcasim libro qui dicit᷑ seruitor. Uitrū sic aduritur teratur ꝛ ponatur in crucibulo ꝛ sufffletur fortiter donec aduratur:qḋ si bene adurat᷑ iterꝫ sufflet᷑ donec aduratur ꝗ̄tum oportet.

Cubapsap.i.que in iuncturis vel flexuris] iuncturarū propter sudorem fiunt

Cubarion .i.prassium

Culabra .i.arnoglossa

Culcas est herba habens in se salsedinem ꝛ purgat aquam citrinam Culcam idem

Cap.197.

Alcasia vel collocasia grece ara. bulcas: lati.vo caso.Plinius ca.de culcasia. Culcasia quā aliqui ciamon vocant nobilissimā hanc in egypto e nilo metunt caule cū coctus est arenoso in madēdo.busso aūt qui intra folia emicat spectabili folijs latissimis etiam si arbores cōparentur ad similitudineꝫ eorꝫ que psonatia.i.lappago maior dicuntur ꝭm Dias.in nostris partib᷒ vocamus.aque nili suis dotibus gaudent vt impssis collocasie folijs in variā speciē vasorꝫ portare gratissimū habeāt ꝛc.hec herba est quā Dias.vocat fabam egypti acā:cuius ꝓprietates ꝛ virtutes ꝭm ipsum inuenies in.l.faba egyptiaca.ꝛ istā fabā egyptiacā vocat Aui.bulcas.de qua capitu.facit i secundo canone. Est enim culcasia satis nota in egypto apud mercatores practicantes ꝛ in syria: ꝛ ego ipsam habeo Salerni in viridario meo secus spectabilē fontē que culcasia vulgari nostro vocatur caso.cui᷒ folia aquis more vasorꝫ plena egroruꝫ ꝛ conualescentiū mentē delectant: necnō eorꝫ aīuꝫ excitant ad bibendū.

Sera. li.aggre.ca.bulcas. auc. Gal. Bulcas.i. culcasia in sapore hui᷒ plante est acuitas ꝛ mordicatio multa ꝛ stipticitas pauca.ꝛ virtus eius est ca. in secundo.ꝛ qū coquit᷑ confert stomacho. Et idē aucto. Alben mesuai Culcasia est ca.ꝛ hu. ꝛ auget sperma.ꝛ radix coquitur ꝛ habet bonū saporē:ꝛ ē bona stomacho:ꝛ appetitū ꝓuocat ꝛ vrinaꝫ.est ca.ꝛ hu.ꝛ auget i spermate.hec herba est multū egyptijs nota.ꝛ nascitur iuxta aquas.ꝛ habet folia magna ꝛ lata.ꝛ radix cocta ꝛ comesta auget corpus Paulus cap.de culcasia.Culcasia est herba oīb᷒ nota:ꝛ nascitur iuxta aquas:cuius radix comesta ꝛ cocta stomacho est vtilis.Isaac in dietis particularibus cap.de culcasia.Culcasia est herba plurimū in egypto nascens aliquantulū pontica cum acuitate:vnde monstrat᷑ ca.ꝛ hu.cui᷒ radix si elixetur acumen emittit:ꝛ viscositas quā prius latenter habuerat in ea aperta fiet:ideoqꝫ duri grossiꝙ nutrimenti est generatiua:sed cum sua ponticitate stomachū confortat:ꝛ ventrem constipat si tamen moderate comedatur bonum generat nutrimentū:valetqꝫ dysentericis cuꝫ viscositate ꝛ ponticitate quā habet.

Auic. li.ij.cap.bulcas vel culcasia:est planta in qua est assimilatio de alisnen. cali.est ꝛ sic.in primo.ꝛ i ipsa est salsedo cū stipticitate.ꝛ partes eius non sūt similes.ꝛ est cum inflatione pauca.ꝛ fit ex ea gargarismus cū lacte ipsius ꝛ sale.ꝛ in egypto decoquitur cum eo caro ꝛ frigitur cum oleo:ꝛ est illis cibus.solutione educit aquam citrinam:ꝛ ꝓprie semen eius ꝛ succus ipsius.ꝛ minorat᷑ ex ea ut debilitet. ꝓuocat vrinam. ꝛ generat sperma. ꝛ expellit choleram ꝛ aquositatē cū facilitate.ꝛ potus ei᷒ sit ab vna tertia libre vsqꝫ ad duas tertias libre

Cūsura.i.species luti que dicitur magra

Culx culicis la zenzala:ꝛ est quoddā gen᷒ musce

Culef .i.salix

Cule .i.venter.s.stomach᷒

Culi.i.solis grana Culbi.idem

Cublion .i.cymbalaria

Culoidon.i.sida vel bleta siluestris

Culobria.i.brionia Culosartios.i.mentastrum

Culopartios idem Cusules.i.sisimbrium

Cululex idem Culuigen.i.galanga

Culubrios.i.anetum

Cap.198.

Alb vel culibi:vl᷑ calibi ara.gre. litospermon: eraclion: vel balistos vel bathanglisscos: vel astorchos:lati.vo milīū solis.

Sera. li.ag.cap.culb.auc.Dia. Culb est herba cui᷒ folia

similantur folijs oliue: nisi q2 sunt maiora eis: et molliora et latiora. et sunt in eis inferiora: declinat versus terrã velut stent supra ipsaz. et hz vgas ele uatas subtiles sicut squinantũ. et in sũmitate vge ẽ simile ramulo diuisum in duas ptes: in quo sunt folia minuta. et iuxta quodlibet foliũ est semen album: durum fere ut lapis: rotundũ in magnitudine orobi parui. nascit in locis asperis et altis

Dias. cap. litospermon eraclion vocat ppter fortitudinem seminis. eius folia sunt similia folijs oliue: sed latiora: et oblongiora: vgas tenues in grossitudine iunci: lignosas. et in sũmo vga diuisa est: in qua folia minuta sunt: vbi et semen rotundũ et lapidosũ est et album pise simile nascit in locis asperis et altis.

Posse. Dias. virt9 est ei mictualis. et semen eius bibitũ cũ vino albo calculos frangit et vrinã puocat. Pli. cap. bathanglisco est semen eius herbe que dicit aitorcos: qd si qs biberit frangit lapidẽ et puocat vrinam. Paulus ca. calebi. Calebi. i. granũ solis: puocat vrinã et mẽstrua. et est ca. et sic. in tertio gradu. et vinũ decoctionis eius: et puluis ipsius in cibis sumptus soluit stranguriam: et dissuriam: et iliacã passionem.

Cap. 199.

Cumechbre

ara. gre. cumetiran: lati. vo pira

Sera. li. aggre. ca. cumechbre auc. Gal. Substantia eius est cõposita ex substantia terrea et aquosa. et si vis potest aliter dici q vna. s. eius pars est frigida et alia tẽperata. et sapor piri est stipticus cũ dulcedĩe aq̃sa. et vtus pirorum eius est desiccatiua. et congluctinat vulnera sine aliquo medicamine. et qñ comeditur fortificat stomachum. et sedat sitim. siluestre vo ẽ magis stipticum et plus incorĩat. et corrugat stomachũ. et ideo plus cõgluctinat vulnera. et phibet fluxum humorum. Et idẽ auc. Aben mesuai qñ quodcũqz eorum cogit vel domesticum vel siluestre cum fungis aufert maliciã eorum. et maiores ex eis sũt fortioris virtutis q̃z parua. parua aũt sunt nutribiliora q̃z citonia. et rob pirorũ abscindit fluxuz cholericũ. et incoriat stomachum. et pira pprie generãt colicam: et oportet q sumat post ipsum vinũ mellis factũ cũ speciebus.

Dias. cap. de piris. Piri multe sunt spẽs: sed stiptice oẽs vnde ad rhematicas passiones cataplasmatib9 ad bibita faciunt: et rheuma cõpescunt. elixatura eorum ad oĩa prefata iuuant. et si ipsa pira a ieiuno comesta fuerint abstinent ventrẽ. et piri siluatici species sunt que tarde maturescere possunt plus stiptice q̃z supradicte: sed similibus causis psunt: perhibẽt quoqz aliq fungos venenũ amittẽ si cuz piris fuerint cocti.

Auic. li. ij. cap. de piris. in ipsis sunt terreitas et aquositas. et in nr̃a quidem terra est species que dicitur senabrud: et habet magnam capacitatem. et est vehementis rotunditatis et subtil corticis: et boni coloris q̃si puiũ q̃si ipsum sit aq̃ zucari coagulata plurimũ sed nõ ppter spissitudinem substantie boni odoris valde qd cum ab arbore sua cadit super terram destruitur. et isti sunt in quibus non est noccumentum d speciebus pirorum. Pira que nominantur senia sunt frigida in primo et sicca in secundo. Serabrut vero sunt temperata humida. et omnes species eius sunt stiptice intrantes in emplastris retentionis materierum: et quandoqz abstergunt paruz et eoruz humor est plurimus: et laudabilior humore pomorum sm q dixit Rufus. Ea aũt que dicta sunt scenabrud in terra corasceni absqz alijs dicta sunt lenitiua nature et boni chimi valde consolidãt vulnera: et pprie siluestria exsiccata. et sunt p̃paratiua stomachi. et abscindunt tussim. et sedant choleram. et stringunt ventrem: et pprie que sunt exsiccata. et in piris quidem est pprietas faciendi euenire colicam: quare oportet vt bibat post ipsa de idromelle cum speciebus que sunt vt piper ãnamomũ: et his similia. et eorum rob confert fluxui ventris cholerico. cinis speciei eorum vehemẽtis stipticitatis et tarde maturationis est: et cura fũgorum mortificantium. et quando isti fungi coquũt cum piris minoratur nocumentũ eorum.

Cumeos	i. gummi
Cumethre	idem
Cumecre	idem
Cumetiran	idem
Cuminum	i. cyminum
Cumi	i. gummi
Cumni	idem
Cuneasor	i. barba siluana

Cundos. i. condisi. a Dias. vero vocatur strutiuz et est inducens sternutamenta sicut helleborus. et Plinius vocat ipsum radiculam. Paulus vo ait Condisum est radix interius citrina: exterius nigra. et planta eius assimilatur plãte dicte canacia et ipsa verius ẽ in radice simil pyretro et cetera. l. i. condes

Curasie	i. blacce bisantie

Curara. i. muscillago que egreditur a tenasmone et in fluxu ventris

Curati	i. frusta subtilia
Curaci	idem
Curaf	i. apium
Curac. i. corrodens	Cap. 200.

Curat

ara. la porrũ.

Sera. li. agg. cap. curat. Curat. i. porrũ. ex eo est domesticũ et est hispanicũ. et est ex eo nabati: et est montanũ. et ex eo ẽ porrũ vinee: et porrũ agreste: et mediũ inter porrũ et alliũ. et reperitur vtus huius inter vtutem porri et allij: sicut inuenies in. l. taum. Et ppter hoc est magis desiccatiuũ et acutum q̃z porrum domesticuz. et cetera cuncta agrestia acriora sunt domesticis. et medicine que calefaciunt illa calefactione sunt in fine graduũ. et ob hoc ẽ malum stomacho: et est acutum incisiuum grossoruz humorum; magis aperitiuuz opilatorũ organorum et eius operatio ẽ plus q̃z domestici: et ppter hoc puocat vrinam et menstrua: et potissime quando retinentur ppter humores frigidos grossos. et ha

bet tantū de calefactione q vlceret quando applicatur corpori exterius. et nos iam diximus q omnes medicine que calefaciunt illa calefactione et vlcerant sunt in fine graduum.

Porre. Sera. auc Di. asco. porrum domesticum incitat libidinē. et quando miscetur cum melle: et fit inde lohoc: et confert dolori pectoris: et vlceribus pulmonis. et quando comeduntur etiā mundificāt cannam pulmonis et quando quis assuefacit cibum eius inducit obscuritatē visus: et est malum stomacho. et quando aqua eius miscetur cū melicrato et exhibetur confert morsibus venenosis. et quando fit emplastrū cū porris ipsis et ponitur super locū morsus facit hoc. et quando miscetur cū olibano et aceto: et lacte: et oleo ro. et distillatur in aurem conferi dolori eius: et tinnitui qui fit in ea. et quando fit emplastrū cum eis et sumach: aufert verrucas. et quando fit emplastrū cū eis et sale mundificat vlcera sordida. et quando bibitur ex semine porri: et granis myrti ana. ℥. ij. simul tritis abscindunt sputum sanguinis antiquum a pectore. Et idem aucto. Rufi Porrum prouocat menstrua et fetus. et aufert eructuationes acetosas. et mollit ventrē. Et idem auc. iudei. Proprietas aūt est q destruit dentes et gingiuas. Et idem auc. Aben mesuai. Nocet vesice et renibus qn̄ sunt in ipsis vlcera. et folia porri de seni conferūt matrici ex proprietate que est in eis: qn̄ est in eis humiditas que facit lubricare fetuz. et semen porri quando fumigatur ex eo anus desiccat fistulas que sunt in eo. sed porrum vinee est deterius stomacho: et est calidius et magis prouocat menstrua. et quando comedit confert morsui venenoso. Paulus cap. de porro. porrum adustum mixtū cum melle et inunctuz curat ragadias seu fissuras que fiunt in labijs.

Curinaballe .i. antrax

Curema est radix crocei coloris et est celidonie minoris

Curcuma idem

Curelia. i. corrigiola Curich. i. iūc° d' nilo

Curic idem

Curiati .i. melilotum

Curogi .i. citrum

Curosian .i. scordeon

Curoblasi .i. napta

Curugen .i. melissa

Curbur .i. coriandrum

Curt. i. arbor acacie vel gūmi arabicum quod est eius gūmi

Curch idem

Cusamon .i. peucedanum

Cusamion idem

Cusbaralbel .i. capillus veneris

Cusoaria .i. almea

Custos horti pendactilus gyra solis columba pasteon paramistrion idem: et est catapucia

Cusus .i. hedera

Cussus idem

Cuscute rasca lini popagra lini brūcus drasscus idem: et quid est. l. l. ebasuch

Cuscute romanum .i. absinthium

Custu .i. costus

Cute .i. eupatorium

Cutre idem

Cutreleon .i. antera

Cutinorostas. i. caducus flos mali punici

Cutis arietis quid est. l. l. geldachetb

Cutim .i. balaustia

Sera. libro aggre.cap.bisbeig auc. Diasco. Bisbeig est planta nascens in rupibus et in saxis et in muris humidis antiquis: et super stipites et iuxta radices antiquarum arborum: maxime quercus: cuius longitudo est unius palmi: et est similis herbe dicte baracos. super ipsum sunt pili. et est alta. sed non est exaltatio eius subtilis: sicut baracos. et habet radices super quas sunt pili a qua egrediuntur rami. et radix est similis animali quatuordecim pedum: quod nominatur scolaca. i. scolopendria. et grossitudo eius est sicut digitus. et color eius interior est viridis ad albedinem declinis et dulcis saporis. et est illa que cedit in usum medicine. Dias. capit. de polipodio. Polipodium nascitur in parietibus humectis et circa radices arborum vetustarum in quercubus. Radices sunt illi aspere et illigate sicut polipus: grossitudinem digiti habentes. Rosa vero deintus viridis et subalbida apparet. Plinius cap. driopteris: vel dipteris. in arboribus nascitur: filici similis tenui foliorum subdulcium: incissura radice hirsuta etc. hoc nomen videtur compositum ex drio quod est quercus et pteris que est filix. driopteris scripsit Stephanus et aliqui dicunt quod vocatur filix masculus. sed filicem feminam in Gal. viij. sim. phar. cap. de uenies in. l. sarax. polipodio. in sapore eius est dulcedo et stipticitas. virtus eius est que desiccat desiccatione forti sine mordicatione. et est laxatiua. et habet vim putrefactiuam: unde et pilos nudat. Jo. mes. cap. de polipodio. Polipodium est radix plante cuius ortus est super arbores et super lapides. et vocauit eam grecus filicem arboris. et illud quod nascitur in lapidibus humiditatem habet superfluam: indigestam faciens ventositatem subuersionem: et nauseam. verum melius ex eo est arboreum: et proprie quando nascitur super arborem portantem glandes. et quod est cum proprietatibus bonis: et proprie quod est grossum solidum et nodosum: et cuius color participat aliquid nigredinis et rubedinis: sed parum: et cuius confractum est sicut color fistici: et in quo est aliquid ex aromaticitate. aliud est in cuius sapore est dulcedo cum insipiditate derelinquens in gustu aliquid ex amaritudine ultimo: et quod est recens. Et idem auct. Dias. cali. est in tertio: sic. in secundo. Et idem auct. Hali. cali. et sic. in secundo: resolutiuum humiditatum grossarum et viscosarum: et excitatiuum: abstersiuum: et solutiuum. et est ex maxime desiccantibus et extenuantibus corpus. et facit subuersionem et nauseam. et est eius operatio debilis et tarda. et tollitur ab eo nocumentum primum: administrando illud cum aqua mellis et aqua passularum et aqua or. Et idem auc. Humay. Coquitur cum iure gallorum et gallinarum: et fit solutiuum bonum: et similiter cum aqua casei: et fit solutiuum conueniens. et auferunt ei nocumentum secundum si admiscetur ei aliquid de confortantibus: sicut sunt semina redolentia et species: sicut sunt daucus proprie et anisi. et semen feniculi: zinziber: et similia. decoctionem autem sufficientem sustinet. Posse. Sera. auc. Dias. habet virtutem soluentem. datur vero cocta cum iure gallinarum et oleribus aut cum piscibus et cum mulsa: aut ficia: aut similibus: et melancoliam et phlegma deponit. cataplasmatibus adhibita condilomata ani soluit. et quando desiccatur et teritur et datur in potu cum melicrato: purgat phlegma et melancoliam. et quando fit emplastrum cum eo confert attritionibus neruorum et scissuris digitorum: et emoroidibus. Et idem auct. Aben mesuai: proprietas eius est purgare melancoliam et phlegma sine punctione et malicia. et melius ex eo est citrinum: cuius sapor vergit ad punctionem et grassitudinem et dulcedinem. et grossitudo eius est sicut digitus: et qui vult ipsum sumere decoquat in aqua sicle decocte et postea bibat. quando vis ponere in decoctione non oportet ut rectificetur ipsum aliter nisi quod teratur et misceatur cum eis. Dosis eius decocti aut infusi est a. ʒ. ij. usque ad. v. et sine decoctione: aut sine infusione a. ʒ. i. usque ad. ij. Et idem auc. Mesaha. proprietas polipodij est purgare leuiter melancoliam. et bibitur simpliciter cum zucaro: aut mixtum cum aliquibus decoctionibus: aut confectionibus. et ingeniati sunt aliqui medicorum ad illos qui non poterant aliquas medicinas accipere proijcere ipsum tritum in aliquibus cibis ipsorum et purgat leuiter melancoliam. dosis eius simpliciter cum zucaro est. ʒ. ij. decocti autem cum medicinis. ʒ. 4. Jo. mes. Solutione educit choleram nigram cum facilitate: et grossum phlegma: et muscillaginosum: et materias iuncturarum. et confert colice secundum omnem modum administrationis eius: et duriciei splenis: et proprie cum epithimo: et sale indo. et confert ad febres melancolicas et proprie cum aqua mellis: et sanat scissuras que sunt in manibus. dosis eius est a. ij. au. Auic. in li. de viribus reis. usque ad aureos. 4. cordis dicit quod confortat cor.

Diralios. i. ferula

Diranagal. i. alaca

Cap. xxo.

Dirdan grece. arabi. luzach: latine vero frassinus.

Sera. li. aggreg. cap. dirdan. i. frassinus. ita nominatur grece in oriente arabes nominant eam arborem cimicum et in persia nominant eam luzach: et est arbor habens in ramulis camerulas in quibus est humiditas que quando desiccatur generantur ex ea animalia similia cimicibus. Et idem auct. Gal. sapor eius est stipticus: virtus est que infrigidat et desiccat. Paulus ca. de frassino. Frassinus frig. est. et sic in 2°. gradu Pos. Ser. Uirtus eius est que conglutinat dum est recens et conglutinat vulnera recentia: et radix eius ad hec valet: similiter quando proijcitur aqua in qua decoquitur super ossa: cuius congluctinatio est necessaria. sed cortex eius dum est recens proprie si ligetur super locum vulneris consolidat ipsum: et decoctio corticis eius consumit phlegma. et quando cortex eius exsicatur curat egritudinem cum qua eleuatur cutis Gal. li. dinamidiarum capitulo de passionibus splenis. Corticem frassini coque in vino et da bibere: infallibiliter enim splenem attenuat. Nam

res ꝓbata est ꝙ si detur porcello bibere aliquib⁹ diebus ⁊ interficiatur paruissimū inuenies splenē Paulus contra fluxum ventris ⁊ lienteriam ⁊ dysenteriam valent fomentum ex aqua pluuiali decoctionis corticum eius. contra vomitū ex debilitate virtutis contentiue cortices eius buliāt ⁊ spōgia intincta super stomachum ponatur. ex cinere eius ⁊ argento viuo fit optimū vnguentum contra scabiem ꝛc.

Viridar .i. viridan

Virizdat idem quod supra

Viridal .i. vlmus

Viris .i. rubus

Vironici sunt radices parue cuiusdam herbe similiter nominate habentis folia parua vtcūq; rotūda ⁊ flores violaceos ꝛc. nascitur in muris ⁊ rupis: lege pro ipsis litteram varonig

Virronici idem quod supra

Visapolita .i. difficulter in cicatricē deueniētia ꝛc.

Vispasia est valida virtus sustinendi

Vissapolita .i. difficulter

Vistracta dicuntur que non leuiter in ventrē corrumpuntur. isto vocabulo vtitur Gal. li. dinamidiarum particula prima cap. distracta

Viselon .i. mentastrum

Vissregis vl' desrigis ē medicīa metallica: abstersiua: desiccatiua. ⁊ est duoꝝ modoꝝ. vna naturalis fossa cum metallis que est ex frigido lapide: vt apparet in littera difrigis. alia est artificialis composita ex quatuor mineralibus: cuius cōfectionez docet Oribasius in ca. de vulneribus oris

Vistepapentos .i. difficile curabilis

Dysenteria .i. dissipatio interiorum intestinorum

Visitis .i. camedreos

Viscrita .i. male termiabilia

Viscritos idem quod supra

Visnia .i. difficultas expirandi. inde disnoici .i. habentes disniam. Orthomia v° siquidem recto scemate prefocantur iacentes egroti. inde orthomici .i. habentes orthomiam

Dyssenteria .i. dysenteria

Vissole .i. difficilia

Viscola idem

Vissoro .i. difficile

Cap. zzi.

D Issoa ara. gre. ⁊ lati. rana. Sera.

li. aggre. cap. dissoa auc. Gal. Cinis ranarū cōbustarum abscindit fluxuz sanguinis quando pulueriżatur super loca. ⁊ quādo linitur cum eo mixto cum pice humida supra allopicam aufert eam. Et idem auc. Dias. Rane q̄ sunt in paludibus quando coquuntur cum sale ⁊ oleo ⁊ administrantur in cibo sunt bezaar venenis ⁊ lepre. ⁊ ius earum quando elixantur est conueniens apostematibus antiquis quando pulueriżatur super ea. ⁊ quādo cōburuntur ⁊ pulueriżatur cinis earum super locum vnde fluit sanguis: abscindit eum. ⁊ miscetur cum pice humida ⁊ linitur in de allopicia ⁊ confert. ⁊ quando sanguis ranaruz viridium ponitur in loco pili palpebre euulsi pro hibet ortuz eius. ⁊ quando rana coquitur in aqua ⁊ aceto ⁊ fit collutio oris cum elixatura illa cōfert dolori dentiū. **Aui.** libro secundo ca. de rana. Cinis rane quādo ponitur super locuz sanguinis retinet eum. ⁊ ipsa quando decoquitur cuz sale ⁊ oleo est ſm ꝙ dicitur bezaar lepre: ⁊ vermiū venenosorum comesta. eius ius confert apostematibus cordarum quando super eis funditur ⁊ dicitur ꝙ ex succo vel decoctione rane fluuialis colluitur os ad dolorem dentium ⁊ sedatur qđ ē in ea. ⁊ corpus rane ⁊ ꝓprie pinguis vel piguedo eius est ex eis que facilem faciunt dentium eradicationem. ⁊ existimo ꝙ est hoc ex petrosa ⁊ non domestica. hec enim species est ex eis que testant̄ medici: ⁊ experimētatores cōmunitatis eijcere dētes animalium quando ipsam sumūt in cibo ⁊ pastu. ⁊ siqs cōmedit sanguinem eius aut corp⁹ ipsius apostematur corpus eius ⁊ fit color eius plumbeus. ⁊ expellit sperma donec moriat̄. ⁊ dicitur ꝙ quando coquitur cum sale ⁊ oleo ⁊ comeditur ē bezaar lepre ⁊ vermibus venenosis. **Jo. mes.** in antidotario suo tractatu de oleis. Oleum de ranis confert dolori artetico ⁊ podagre calide. ⁊ inungitur super tempus in febribus inflāmationum. ⁊ facit somnum. ⁊ adeps rane viridis que habitat in arboribus si liniat̄ super ipsum frangit ipsum

Vissorcsia .i. diminutio appetit⁹

Visutis .i. pruritus

Vissutis idem

Vissuria .i. malicia vrinationis quando fit sepissima emissio eius cum dolore

Cap. zzz.

D Is ara. gre. ion lati. iuncus. Sera. li. agg. ca. dis

.i. iuncus: est herba cuius due sunt species. vna ipsarum habet acutas sūmitates. ⁊ ista etiaz species similiter diuiditur in duas quia ex ea est que non habet fructum. ⁊ alia que habet fructum nigrum ⁊ rotundum. ⁊ canna hui⁹ speciei est grossior q̄ȝ canna alterius. ⁊ ē tertia species que habet cannam grossiorē adhuc ⁊ magis cannosam q̄ȝ supradicte due species. ⁊ huius spēi fructus qui est in sūmitatibus eius: est similis fructui iunci supradictaꝝ spēꝝ. Et idem auc. Gal. h⁹ herbe sunt due species. vna earum est subtilior ⁊ durior. ⁊ alia grossior ⁊ mollior. fructus huius secūde speciei facit dormire. sed species prima est similiter duaꝝ spēꝝ: quaꝝ vna nō facit fructū ⁊ nō est in ea iuuamentū aliqđ in medicina. ⁊ alia facit fructum ⁊ facit somnum: nisi ꝙ est debilior q̄ȝ prima: ⁊ ista species facit sodam. ⁊ substantia istaruȝ duaꝝ spēꝝ ē ꝯposita ex terrea pauca frigida pauce frigiditatis: ⁊ substantia aquosa calida pauce caliditatis. ⁊ desiccat ⁊ infrigidat: ⁊ ē narcotica. ⁊ due species quando assantur in igne ⁊ sumūtur i potu stringūt ventrē: ⁊ abscindūt sꝑfluitatē menstruoꝝ: ⁊ desiccāt qđ descendit ex humoribus ad partes inferiores.

Diss .i.tapsia
Ditolus .i.gariofilata
Ditros.i.quod nitro in palma nascitur
Ditrosi idem
Drimia.i.acredo vel acuitas:vnde drimeos hy-
cores:vt in quarto regiminis acutoꝝ Gal. i.acu-
tos humores ꝛ acres
Drimifacia .i.acuta cibaria
Drimis .i.acer vel acutum
Drimios idem
Driofagus ſm Diaſ.ca.diſcrerot.ꝛ eſt ſpẽs quer
cus.quidam ceruum dixerunt
Driſberot idem
Driobalanos .i.glans
Driobetade .i.tuſſis humida
Drion ſm Plinium ꝛ ſm Diaſ.capi.de ſtrigno
eſt ſtrignum manicon:ꝛ eſt ſpecies ſolatri vltima
a Diaſ.poſita
Driopiſteri dicitur polipodium maxime quod ĩ
quercu naſcitur:vt in libro antiquo ꝺ ſimplici me
dicina:ꝛ Gal.ad paternianum
Driopiſtri inqt eſt filix que in arbore creſcit quer
cus:quã greci vocant ꝛc.melius tñ driopter].ꝛ ali
ter vocatur filitica vel polipodium
Drimum .i.pungitiuum
Driopteris .i.dipteris
Drios .i.quercus
Dria idem
Drîs grece quercus accipitur interdum pro fago
ꝛ pro omni arbore glandifera
Driuſma.i.ſumach:ꝛ eſt dictũ quercus ſyriacum
Driſitis .i.camedreos
Driofagus .i.ceruus
Drix.i.ſpecies ferulaꝝ:ꝛ eſt tapſia
Drirupas.i.oliua bone etatis ad condiendũ.ſ.
incipiente bacca creſcere:greci petas vocant
Docamen .i.propoleos
Docan .i.fumus
Docani idem
Domamatos .i.celidonia

Cap.ccc.

DOchen vel piuers ara.gre.ge-
guers:vel cechias:lati.
võ milium. Sera. li.aggre.cap.dochẽ
auc. Diaſ.dochen
ſiue dochon.i.miliũ:ꝛ habet duas ſpecies.vna eaꝝ
eſt aſperũ:ꝛ eſt illud quod poteſt teri: ꝛ a quo au
fertur cortex ſicut fit a rizi:quod ara. vocatur pi
uers:gre.ieuers:vel elime:latine võ panicum.Eſt
alia ſpecies fortiſſimi:aſperrimi grani: ꝛ non põt
ab eo auferri cortex Gal. vij.ſim.phar.cap.ꝺ
ꝛ vocatur milium. milio.ſm tranſlati
onem noſtram grecã.Cechias.i.miliũ:infrigidat
quidẽ ſm primũ gradũ:ſiccat aũt vl' ſm tertiũ ab
ſolutũ:vel ſm ſecundũ intenſum.eſt aũt ꝛ aliquali
ter ſubtilium partium modicum.ex hac ergo con
ſiſtentia ꝛ cõplexione cum comeditur vt cib⁹:om
nino paucioris nutrimenti eſt oĩbus fere corticali
bus cibarijs:quinĩmo ꝛ ventrem ſiccat. extrorſuꝫ
võ appoſitũ per ſacculos idonea piria eſt eis qui
ĩmoderaciter egent ſiccari.cataplaſmatum autẽ
etiã ſiccare natum eſt:ſufficienter tñ eſt fragile: ꝛ
ꝓpterea inutile fit eius cataplaſma. Gal. vij.ſim.phar.cap. de
milio ſm tranſlatio
nem ara. eſt granũ ex ſpeciebus granoꝝ.ſ. miliuꝫ
quod aſſimilatur in figura ſua ieuers.ꝛ virtus ei⁹
eſt deſiccatiua: ideo retinet ventrem. ſed quan-
do ponitur exterius infrigidat in primo gradu ꝛ
deſiccat in fine tertij. vnde modicum dat nutri-
mentum ꝛ ſtringit ventreꝫ.ꝛ quando ponitur ex
tra in ſaccellis ſicut cum emplaſtro ex eo confert
iuuamento magno contra fluxũ.ꝛ ꝓuocat vrinaꝫ
ꝛ calefactoriũ ex eo factum confert doloꝛib⁹ pun
gitiuis:ꝛ tortionibus ꝛ alijs doloribus. Gal. vi.ſim.phar.capit.
clime ſiue panicuꝫ
vocatur autẽ ꝛ mellina.eſt quidẽ ex leguminibus
ſimile milio taꝫ ſpecie q̃ꝫ v̾tute:pauci võ nutrimẽ
ti ꝛ ſiccatiuum.ſtringit enim eos qui ſm ventreꝫ
fluxus ſicut ꝛ milium.ſi vero ſuperplaſmetur de
foris deſiccat ꝛ infrigidat.
Docion .i.ordeum
Dochion idem
Doctrina quid eſt.l.l.fen
Docon .i.milium
Dochon idem
Docromos .i.aſara
Doda .i.papauer
Dodra idem
Dodralion .i.barba ſiluana
Dodechatheon eſt quedam planta habens .vij.
folia ſimilia lactuce radice lutea
Dodera .i.papauer hortenſe
Dogum.i.lac ex quo extrahitur butirum
Dogumi idem
Doguaful.i.alnea Cap.ccc4.

DObabarech vel haſab ara
bice: gre. ſa
protis:latine cari es ligni corroſi. Sera. li.aggre.
ca. doba
barech.auc.Diaſ.quãdo fit emplaſtrũ cum ea
mundificat vl'cera corroſiua. Gal. vij.ſim.phar.cap. ſapro
tis.caries ligni corroſi ꝛ
ꝓprie ligni habentis ſtipticitatẽ ꝛ virtutẽ abſter-
gendi:ſic ſicut ſpecies quedam lignoꝝ habentiuꝫ
ſpinas mundificat vlcera humida ꝛ abſtergit ea.

Cap.ccc5.

DOlaka latine:grece lakirus:ara
bice faſiluꝫ vel dolikos.
Gal. primo de cibis cap.de dola
ka.auc.Hippo.Piſa autem
inflant quidem minus:ſecedunt aũt magꝭ:dolaki
aũt magis his ſeceſſiui:minus aũt inflatiui:ꝛ non
nutritiui:ꝛ alibi.dolaki aũt nutriũt non min⁹ pi
ſis:ſine inflatione aũt ſunt ꝯſimiliter: ad delectati
onẽ aũt ꝛ receſſum deteriores.quidã aũt amicoꝝ
in Roma conuerſans dicebat:dolokas Rome ĩ
agris habentes figuraꝫ magis oblongã lachiriſ.ꝛ
idẽ libro dinamidiaꝝ ca.ꝺ cancro.Succ⁹ dolake
cũ pinguedine porcina cõmixtus:ꝛ ipſa herba pi
ſtata ꝛ poſita cũ ſucco ei⁹ cancrũ interficit.

Dolara .i.auena
Dolica .i.dolaka
Dolifon .i.cymbalaria
Donax eſt quedam ſpecies karui que non niſi in aquaticis naſcitur
Donaum .i.melilotum
Donaſon .i.alaca
Dora.i. mellica quod videt per almanſorē libro tertio cap.de granis qui poſt ca.de milio ⁊ d̄ panico ſcribit ſermonem de dora.verum apud Sera. cap.de panico:exponitur qđ eſt milium. Jo.Sera. capi.de dyſenteria loquens de ſorbitionibus eis aptis videt velle ſimiliter ꝙ ſit ſpecies milij.iſta tñ grana ſatꝭ cōueniunt in operationibus:quare pro quocūq; accipiatur non eſt periculū:quando tñ expedit vti magis ſtipticis melica melior eſt.
Dorati idem
Doracene eſt quidā piſciculuſ venenoſus qui vocatur ſcorpio marinus
Dorcas .i.capriolus
Dorcax idem
Dorcatis idem
Dorna .i.auena
Dortadion .i.valeriana
Dorin .i.milium
Dorina .i.endiuia
Dorignum eſt ſpecies landri ſecundum Diaſco. folia habens ſimilia oliue:ſed paulo longiora ⁊ aſpera ⁊ florem album:⁊ ſemen velut orobi: variū in folliculis ſuis:quam veteres memorant amoriſicum:verum frutex eius interfectiue uirtutis eſt.
Dornicū quid eſt.l.l.varonig
Doronec radix eſt ſimilis brance pulpi:⁊ apportatur de india:ſed quia raro ibi habetur ponitur pro ea vernix
Doſis .i.datio vel tributio
Doſialos .i.vſnee
Doſiaſos idem
Dotium .i.ſiligo vel germanū
Dotrifilon .i.pentadactilus
Doxiamon .i.amomum
Doxiamion idem
Doxim .i.ſcaurea vl ſcaroda
Dropax .i.ruptorium
Dropodiſmus idem
Droſumi .i.ſcoria
Droſus .i.quercus
Duelion .i.caries ligni corrupti
Dueſoſir .i.folium
Duelli .i.dilatari
Dubellati.i.apoſtema cum iam collectionem fecerit:⁊ eſt ſaniem faciens:de quo magis ſperatur ꝙ fiat vlcus q̄ꝫ ꝙ reſoluatur
Dublet .i.dubellet
Dubella .i.dubellati
Duburen .i.ſecundus gradus ethice
Dubuſare .i.aſara
Duburion .i.filago
Duciomum .i.carpobalſamum
Duciamfon .i.regalea
Duchinbelſe .i.balſamum
Ducuran .i.anacardus
Dücuram idem
Ducumbelſen .i.balſamum
Dulac .i.dactilus

Cap.226.

D Dullaſia ara.lati.melon indus. Sera. li.aggre.ca.dullaſia. Dullaſia ſiue dulaba.i.melon magnus viridis.⁊ ſm raſim eſt fortis humectationis ⁊ extinctionis.⁊ confert febribus adurentibus.⁊ eſt frigidior alijs ſpeciebus melonū:⁊ tardioris īmutationiſ in ſtomacho:⁊ longinquior a corruptione.⁊ ꝓpter hoc eſt conueniens febrientibus:⁊ habentibus cholerā in ſtomacho ſuo ꝓpter ſuam groſſiciem ⁊ ꝓpter ſuam elongationem a conuerſione:⁊ cōueniens caliditati febrili:quia extinguit caliditatē:⁊ ſedat inflamationem eius.⁊ cucumer quidem facit operationem ꝓpinquam huic:niſi quia plus prouocat vrinam q̄ꝫ dullaſia. Ubi ſciendum ꝙ melon magnus ē melon indꝰ:qđ per Aui.patet de cura tertiane pure vbi laudat in tertiana predicta melonē indum:⁊ ſubdit fortaſſe non nocet melon paruus ergo melon indus eſt melon magnus.eſt enī melon paruus habens virgulatū colorem.exteriꝰ eſt albus ⁊ dulcis.⁊ eſt paruus.pro alia ſpecie melonis.l.l.robera.
Dularotim .i.agrifolium
Dulcor apud Diaſ.eſt muſtum coctum vſq; ad tertiam partem ſic ꝙ conſumpta eſt tantū eius tertia pars qđ ſapa triplicatum dicitur:⁊ carenū dicitur ſimiliter ⁊ defrictum vinū apud Aui. Diaſ.cap. de coriandro dicit cū dulcore.i. paſſo.l.l. carenum.
Dulufron .i.titimallus
Dulutim .i.cymbalaria
Dulbul herba ē que naſcit in mari:⁊ dicit ogaga

Cap.227.

D Dulb ara.vel baccam:gre.ſuffire vel platanus arbor:lati. vo ſcotanum.vbi ſciendum ꝙ ſcotanū eſt illa arbor cum qua in hiſpania tingūt panni:⁊ nos vocamus eam barzi.⁊ eſt platanꝰ arbor:vt patet per concordiam Auic.eius cap.cum Diaſ. ca.d̄ platano.⁊ ꝓfert velut nuceſ paruas:vt Jo.Sera.cap.de dentifrigijs.Item in Diaſ.ſm tranſlationem ara.cap.de platano.arbitror platanum eſſe dulb.Item Stephanus cap.de platano. Platanus eſt dulb. Sera. li.aggre.cap.dulb.auc.Iſa ac.Dulb eſt arbor magna extenſa habens folia magna ſimilia palme manꝰ hominis:ſimilia folijs kerue:niſi quia ſunt minora:quorū ſapor eſt amarꝰ ponticus: ⁊ cortex ligni eius groſſus :rubeus.color ꝟo ligni eius quando ſcinditur eſt medius inter glaucedinem ⁊ rubedinem.⁊ habet florem paruum lenem glauci colori in cuius loco quando cadit naſcitur granum aſperum glaucum:vergenſ ad ruborē puluerulentū

in superficie sicut cataputie. hec in hispania voca tur palma xpi: cum qua ibidē tinguntur panni. si militer folia eius similantur folijs hellebori nigri vt apparet in Sal. vij. sim. pbar. cap. de plata .i. helleborus. no. Substantia eius ē fri. ⁊ hu. non longe a rebus temperate complexionis. Dias. cap. de platano. Platanus habet vir tutem frigidam ⁊ humidam.

Pos. Sal. Folia eius recētia quādo teruntur ⁊ ponunt sicut emplastrū super apostemata que fiunt in genicu lis sedat ea sedatione manifesta. sed corticis eius virtus est que desiccat adeo ꝙ cortex ipsa coqui tur cum aceto ⁊ confert dolori dentium. nux vo eius quando administratur cum axungia: cōfert apostematibus que accidunt a cōbustione ignis. cortex eius quando cōburitur est medicina desic catiua: ⁊ abstersiua: confert egritudini cuȝ qua ele uatur cutis. ⁊ cinis eius curat vulnera in quibus est sordes ⁊ putredo ꝑpter nimiam humiditateȝ existentem in eius loco. ⁊ oportet ꝙ caueat mul tum a puluere qui est in folijs eius ⁊ in fructu: qꝛ est nociuus valde canne pulmonis: ideo quia de siccat multum ⁊ inducit asperitatem: ⁊ nocet voci ⁊ locutioni ⁊ etiam visui: ⁊ auditui si cadit in auri bus vel ī oculis. Dias. Emplastrū cū eis sedat apo stemata ca. que fiunt ī genu. ⁊ quando cortex eius ⁊ nux eius cōburūt ⁊ fit em plastrū cum eis ⁊ adipe porcina aut arietina: con fert vlceribus putridis. similiter cinis eius facit so lus hoc. ⁊ quando coquunt folia eius recentia cū vino ⁊ fit emplastrum cū eis ꝓhibet cursum hu morum ad oculum. ⁊ resoluit apostemata phleg matica. ⁊ quando cortex coquitur cum aceto ⁊ fit collutio cum eo confert dolori dentium. ⁊ quādo fructus eius recens bibitur cū vino confert morsi bus venenosis. ⁊ quando administratur cuȝ axū gia curat cōbustionem ignis. ⁊ puluis foliorū ei⁹ quando cadit in oculuȝ aut aures nocet multum similiter ⁊ puluis qui est supra fructum eius.

Dumufon .i. allium porrinum
Dumul .i. ocra
Dumus .i. rubus caninus
Dumcugi .i. herba

Cap. ccviii.

D Vna ara. lati. cerebruȝ. Ser. li. aggre ga. cap. duna auc. Sal. Cerebrum leporis quā do liniunt cū eo gingiue puerorū tpe ortus dentiuȝ eoꝝ facit eos facile nasci ⁊ sine do lore: ⁊ hoc est notoriuȝ apud oēs. ⁊ administratio eius postꝗ̄ decoquitur non habet hoc. ⁊ non so lum cerebrum habet hanc ꝓprietatem īmo butiꝝ ⁊ mel ⁊ alia multa habent virtuteȝ faciendi nasci dentes infantium. ⁊ quando cerebꝝ leporis come ditur confert epilepticis. ⁊ quādo assatur ⁊ come ditur cerebrum eius confert tremori qui accidit post egritudinē. ⁊ cōburitur caput eius ⁊ confici tur cum adipe vrsi curat alopiciam. sed cerebrum galline stringit sanguinem miringaruȝ cerebri. ⁊ cerebrum anatis est conueniens apostematibus q̄ fiunt ī ano. ⁊ cerebra omniū aīaliū valent contra sumentes venenum. de cerebro in via cibi. l. l. lata mie.

Dunilabos .i. barba siluana
Duniablos idem
Dunios est serpens quidam qui habitat in lycijs
Duram .i. turtur auis
Duragi aculem .i. auis quedam sic vocata
Duragi .i. durungi
Durusataris .i. res que voluitur super arborē an tiquam que fert glandes: ⁊ vocatur ara. albarub ⁊ syrice vua demonis: ⁊ est lanugo que pēdet ⁊ in uoluitur in magnis arboribus sicut vua
Durungi quid est. l. l. doronigi
Dusatan .i. vsnee
Dusafolon .i. ceterac
Dusarum .i. auena
Duspactum vel duspectū .i. nocens digestioni
Dubene .i. musca
Dhulabar .i. aysdo
Dhulabam idem
Dhusabron .i. cicuta
Dhusafron idem

Sequitur de E

Ace .i. thymum
Earsen .i. cinnamomum

Cap. ccix.

E Asuch ara. gre. haborosa: la. vo cuscuta. Sera. li. ag. ca. easuch. ē res q̄ adhēt herbis īuol uens eas sicut fila: sed in sūmitatibus habet fructū subtilem. ⁊ ipsa crescit in arboribus: ⁊ in sūmitate eius inuoluitur simul. reperitur de ipsa multuȝ in vineis ⁊ destruit multum herbas. ⁊ multi vtuntur ad curationem tussis: ⁊ ī ipsa est amaritudo: ⁊ po nitur in vinū ⁊ fortificat ipsum ⁊ inebriat. Et ideȝ auc. Aben mesuai: est herba que reperitur intra li num ⁊ suspenditur ei: in cuius sapore est amaritu do ⁊ ponticitas plus amaritudine. ⁊ virtus ei⁹ ē calida in primo gradu: sic. in secundo. Et idē auc. Mesarugie: est frigida ⁊ humida. Et idem auct. Alabati: est ꝯposita contrarijs virtutibus. ⁊ est in ea amaritudo ⁊ stipticitas. ⁊ est cali. in primo gra du: sic. in secundo. Et idem auc. Sabor eben. Eius caliditas aut frigiditas eius est ꝫm cōplexionem arboris cui adheret qm̄ fit calida per adheren tiam calide arboris: ⁊ est frigida ꝑ adherētiā fri.

Posse. Ser. auc. Salie. Abstergit ⁊ fortificat ⁊ aperit opi lationes epatis ⁊ renum ⁊ fellis. ⁊ mundificat ve nas subtiles ⁊ grossas ab humorib⁹ grossis ⁊ cho lericis. ⁊ fortificat stomachum. ⁊ epar. ꝯfert icte ricie facte ab opilatione epatis ⁊ febri: ⁊ ꝓprie fe bri infantium. ⁊ purgat choleram. Et idem aucto. Mesarugie confert ictericie ⁊ opilationi epatis ⁊ splenis. Et idem auct. Alabati: confert stomacho ⁊ epati ⁊ eoꝝ opilationibus. ⁊ expellit superfluita

tes neruorum ⁊ venarum. ⁊ mollit ventrem. ⁊ cõfert febrib⁹. ⁊ de ꝓprietate ei⁹ est expellere supfluitates antiquas a venis. Et idem auc. Sabor eben. ē bona stomacho ⁊ maxime quando miscetur cum ea anisum ⁊ semina similia.

Easuch	idem
Eerbathen	.i.helleborus
Eensentium	.i.semen oleastri
Eexabron	.i.mentastrum
Eilbangue	.i.cardamomũ min⁹
Eimis	.i.vinum
Einfestidos	.i.hypoquistidos
Erat	.i.rosa
Eira	.i.rubea tinctoꝝ
Eitrago	.i.citraria
Eosmari	.i.tyrus serpens
Eotagon	.i.faba lupi
Eotasaron	.i.pulegium
Eubontici	.i.reupontici
Eubasaros	.i.leuisticum
Euchinus	.i.ericius
Eucinus	.i.lappa

Euchimũ.i.bonos cibos generans: vel euchim⁹.i. bonus humor: ab eu quod est bonũ ⁊ chimos qđ est humor

Eucrista dicuntur liquida que illiniunt: quale est quod fit ad vlcera purganda ⁊ implenda

Eucrion	.i.brassium

Entrita.i.bene teribilia: contrariũ discrita

Cap.230.

Eufragia lati.ara.berba adbil. Paulus ca. de eufragia: est herba que similatur i stipitibus isopo: nisi qꝛ stipites sui habent colorẽ violaceum ⁊ non habet ramos. ⁊ folia sunt in stipitib⁹ a medietate superius. ⁊ sunt parua incisa sicut galliculi crista. ⁊ habet flores tendentes ad albedinẽ satis parnos. **Posse.** Medetur egritudinib⁹ oculoꝝ ⁊ confortat visũ

Eufistides	.i.hypoquistidos

Cap.231.

Euforbium lati. euforuion gre. ara. afarbion. Euforbium est gũmi notuꝫ: ⁊ videtur sonare apud grecos bonum formidari. nam dicunt euforfion ⁊ fouon gre. quod est timor: ⁊ eu.i. bonum: quasi bonum sit ipsum timere ꝓpter sui violentiam. **Dias.** capit. de euforbio fm translationem nostrã Euforbium est arbor similis ferule albe. nascitur in mauritania cesariensi que plurimũ lachrymuꝫ facit: viscidum valde: quem lachrimũ multi colligunt sic pro viscitudine primo arbori pellem vernecinam illigant: ⁊ sic de longe a stillibus iaculatᷣ in radice: ⁊ cum percussa fuerit radix: vnum flumen statim ꝓfluet lachrymis: ⁊ cum coagulat⁹ fuerit sic eundem colligunt de pellibus subtractis. ē aũt optimũ quod est recens subalbidum ⁊ glutinosum ex lento linguã vehementer submordens ⁊ calefaciens. Eius genera sunt duo. vnuꝫ qđ colligitur subtractis pellibus quod melius est. alteꝝ quod cadit in terra ⁊c. Plinius: Rex iuba inuenit herbam euforbiam medici sui temporis: nomine cuius regis volumen extat. inuenit eam in monte athlãte: spectatur folijs achantinis. vis eius tanta est ut succus eius e longinquo recipiatur: inciso trũco suscipitur: ventriculo hedino locato humor lactis videtᷣ effluere. **Sera.** li. aggre. ca. aforbion auc. Dias. Aforbion est euforbium: ⁊ est arbustum simile ferule in figura sua. nascitur in mauritania cesariensi: ⁊ in regione tabex. est plenus multo gũmi acuto. caueant sibi homines ab eo qui colligũt ipsuꝫ gũmi ꝓpter suam nimiam acuitatem. ⁊ ideo accipiunt vetres aĩaliuꝫ ⁊ lauant eos ⁊ alligant stipiti illius arboris: dein de pungunt arboris stipitem a longe stantes cuꝫ lancea effunditur. namqꝫ in ventribus exiens a stipite multum copiosuꝫ subito ac si funderetur ex vase aliquo ita ꝙ aliquando effunditur in terra etiam ex eo subito ꝓpter impetũ sui exitus: ⁊ egrediuntur de eo ex arbore due species. vna earuꝫ est similis sarcocolle in q̃titate orobi ⁊ est in frusta. ⁊ alia assimilatur feci. adulteratur aũt cum sarcocolla ⁊ gũmi arabico sibi admixtis. melius ex eo est clarum acutum. experimẽtũ aũt eius ꝑ gustũ est difficile: qm̃ ipsũ mordicat linguam subito cũ violẽtia multa: ⁊ durat mordicatio ei⁹ diu: ⁊ ꝓpt hoc omne quod gustatur ex eo postea videtᷣ bonũ. prim⁹ aũt ad cuius cognitionẽ peruenit h̄ medicina fuit Lineas rex Lioy. Et idem auc. Gali. vi. sim. phar. cap. de euforbio. virtus eius est subtilis acuta sicut virtus aliarũ gũmarũ similiꝫo. Almansor tractatu tertio cap. de euforbio. Euforbiũ nouum est calididius satis q̃ꝫ assa q̃uis assa ut calidior omni lacte arboris. Dosis a duob⁹ kist vsqꝫ ad tres **Jo. mes.** cap. de euforbio. Euforbiũ est gũmi excedens oĩa genera gummoꝝ in calefaciendo ⁊ subtiliãdo. est ex rubificantibus. ⁊ est ex arbore desertoruꝫ locorum ⁊ hyspidoꝝ: cuius folia cum eleuantur in primis sunt sicut lanugines: deinde cadunt: ⁊ nascũt folia similia polio marino. ⁊ melius ē quod leue est frangibile: habens colorem palearem ⁊ claruꝫ ⁊ qđ est vehementis acredinis: ⁊ odoris valde acuti. ⁊ quod est recens super qđ iam preterijt annus recens vo sui anni est sicut venenum ⁊ ignis. ⁊ est ex gummis que resoluũtur in oleo: ⁊ ꝓprie qđ est recens. antiquum fortassis non dissoluitur. est ca. ⁊ sic. in quarto. ⁊ est calidius ⁊ subtilius omni eo qđ calefacit ex gũmis. ⁊ est in eo virtus adustionẽ faciens ⁊ rubificationem. ⁊ est penetratiuum: abstersiuum: mundificatiuum: excoriatiuuꝫ. ⁊ est ex facientibus operationem cum labore ⁊ angustia vehementi perducentem ad syncopim ⁊ ad sudorem frigidum. est inimicum cordi epati ⁊ stomacho ꝓpter vehementiam virtutis sue. est eniꝫ acutum vehementer seorsum inflãmabile. oportet ergo frangere virtutem eius ⁊ ꝓprie cum rebus obtundentibus acumen eius: ⁊ extinguentibus inflãmationem: ⁊ aquirentibus ei lubricitatẽ. ⁊ opoꝛ

vt non multum teratur. dixit Alcanzi: accipiant frusta citri & sepeliantur prius grana eius inuoluta oleo amigdalino in acetositate ipsius: deinde i inuoluatur in pasta & decoquatur. rectificatur enim ex arte hac & remouetur acumen eius. Mod' alius frangens virtutem eius sicut narrauit Hamec inuoluatur in oleo amigdalino: deinde sepeliatur in succo liquiritie: aut terniabin dissoluta: aut i aliquo ex rob stipticis: & fit eaz qtitas multa: & fiant ex eis pillule & ppinentur vbi oportet. & dixit Humai: ppinetur cum aqua mellis & aliquibus speciebus alefangie. mastix aut & spica sunt ex rectificantibus quecunqz ex acuitatibus medicinarum timentur: audaciam eius expellunt medicine lubricatiue extinctiue sicut aqua ordei proprie cu oleo amigdalino.

Pos. Sera. auc. Diasco. hoc gumi quado fit cohol cum eo habet virtutem abstergendi aquaz que est in oculo: nisi quia eius mordicatio durat tota die: & pter hoc miscetur cum aliquibus potionibus que fiunt cum speciebus & bibitur: & confert sciaticis. & ipsum excoriat ossa in vna die: & separat ab eis fragmenta eoruz. oportet aut ut pmuniatur caro circustans ossi cum ceroto aliq: vl cu pannis lineis. & ipsum habet virtutem laxadi & calefaciendi humores aquosos sicut synapis: & ideo confert laxatio eius hydropicis: & colice: & alijs frigidis egritudinibus similibus istis. sed ipsuz acuit choleram: & inducit sitim nimiam: quia desiccat oportet aut vt admisceatur ei semen petrosellini & anisi. & dicunt quidam q quando aliqd animal remorderit aliquem: scindatur cutis capitis eius & ponatur in illa scissura ex hoc gummi trito non nocet ei venenuz. & pondus. ʒ. iij. ex eo occidit qm vulnerat stomachum & intestina. Et idem auc. Alcanzi stringit orificium matricis multum adeo q phibet exire fetum. Et idem aucto. Aben mesuai pprietas eius est laxare phlegma viscosum quod est in lumbis & in intestinis: nisi quia infert anxietatem & desiccationem: adustionem & tenasmonez. Et rectificatio ei' est q non teratur multum & misceatur cum bdellio: aut cum succo liquiricie aut cum speciebus aliquibus: sicut est spica: & cinnamomum: & cassialignea: & liniatur cuz oleo ro. & oleo amigdalino. & melius ex eo est clarum nouum qd transierit ab vno anno vsqz ad tres. & color eius est citrinus calidi odoris: amaru acutu. & dosis eius est a duab' kirat vsqz ad tres.

Jo. mes. Solutione educit phlegma viscosum & grossum a locis profundis corporis mundificans juncturarum vacuitate ab humoribus grossis difficilis eradicationis: nec est ei res similis ad hec. & est ex rebus mundificantibus neruos: & consumentibus humiditates inbibitas in eis. dissoluitur in oleo keiri & inungitur cu eo & confert egritudinibus neruoz frigidis: sicut e paralysis: stupor & tortura: & tremor: & spasmus & est mirabilis res ad id. & inungitur super epar & splenem: & confert doloribus eorum frigidis & vetosis. & fricatur puluis eius super morphea fricatione forti & delet eam. & sumptum in potu fm modos emendationis est medicina magna doloribus nodosis qui vadunt & veniut per juncturas & est ex rebus que faciunt sternutationem cu fortitudine. & est medicina bona lithargie & obliuioni & pprie inunctio ex eo cum oleo de spica in occipitio. & est ex medicinis educentibus aquam citrinam. Et dixit Dias. Aureus vnus ex eo interficit dosis eius est a kirat. i. vsqz ad. iij. conseruat aute quadriennio. recens aut anni sui est perniciosum hi aut qui sumunt ipsum timeant frigus. coseruatur aut ne cito senescat in milio vel fabis vl letib'

Eufrosimuz grece. i. buglossa: & est eius expositio bone leticie: nam frosis grece leticia

Eugenia	i. generationis
Eufrasis	i. vsnee
Eufrasios	idem

Cap. 232.

E Upatorium latine: grece eupatorion vel volucrum magius: ara. vo gafit **Sera.** li. aggre. auctori. Dias. cap. gafit. Gafit. i. eupatoriu: herba est que nascitur oi ano. & est apta ad accedendum ignem sicut sarmenta. & habet virgam rectam: subtilem nigram. duram & asperam: habens in sumitate pilos. & longitudo eius est fere vnius palmi. & habz folia diuisa ab inuicem circa hastam: & sunt scissa scissionibus paruis. v. aut. vi. & in summitate incisa sunt serra. & sunt folia eius silia folijs pentafilon: aut foliis zedenigi. i. canapis. & color eorum est tedens ad nigredinem. & in hasta ei' a medio supra est semen. & super ipsum sunt pili. & est decliuis ad inferiora pendens in herbam ipsam.

Dias. ca. d eupatorio fz translationem nostram. Eupatorium frutex est sarmentosa: hastaz habens rectam & lignosam: tenuem: & nigraz & asperam in cubiti vnius longitudine porrectam: aut amplius. folia sunt ei in gyro diuisa sicut pentafilon aut canapis: cuius folia in capite incisa sunt vt serra. semen a media hasta asperum: & subtus decliuum est ei.

Auic. li. ij. cap. de eupatorio. Eupatorium est ex herbis aromaticis & habet folia q sunt sicut folia canapis. & flos eius est sicut nenufar. & est illud quod administratur & succus eius. est cali. in. i. sic. in 2° est subtiliatiuuz incisiuum valde abstersiuum sine attractione & sine caliditate manifesta. & i ipsa est stipticitas pauca: & poticitas & amaritudo fortis sicut amaritudo aloes. Plinius cap. de eupatorio. Eupatorium regiam habet actem caulis lignosi nigritantis hirsuti cubitalis aliquando & amplioribus folijs per interualla qnqz: vt canapis per margines incisis nigris & ipsis plumosisqz radice superuacua &c.

Jo. mes. capi. de eupatorio. Eupatorium est herba longitudinis cubiti vnius amaritudinis multe: cuius folia sunt viridia sicut folia centauree minoris: sed sunt aspera & incisa. & stipes eius est subtilis. & quando exsiccatur citrinescit: & eleuantur super eum flores qui sunt sic

subcitrini: longitudinis pauce. et sunt quidam qui dixerunt quod eupatorium sit herba pulicum qua sit viscositas adherens. melius tempus collectionis eius est finis veris: et succi eius similiter: ca. in. i. sic. in. 2°. et est cōpositum ex substantia calida et subtili quare est subtiliatiuum: incisiuum: mundificatiuū abstersiuum: preseruatiuum a putredine: et resolutiuum conueniens sine attractione: et ex partibus terreis: quare in ipso est de stipticitate aliquid propter quod est confortatiuum et coadunatiuum. est debilis solutionis. cōfortatur virtus eius cū aqua casei. et modus operatiōis succi eius est sicut diximus de absinthio. **Gal.** vi. sim. phar. cap. de eupatorio. Eupatorium est herba que vocatur volucrum maius: vel agrimonia: cuius substantia est subtilis. sapor eius est stipticus et virtus eius est ca. caliditate modica: et desiccat. sed sciendum quod eupatorium similiter secundum Diasc. cap. de agrimonia. vocauerūt antiqui radicē agrimonie eo quod est diuretica valde. Item secundum eundem cap. de marubio. Marubium etiam quidam eupatorium vocauerunt: quoniam valet contra vicia epatis: et pro tanto non est verum eupatorium quoniam Diasc. facit semotim cap. de eupatorio: et semotim de marubio et agrimōia. hoc similiter voluit Jo. mes. cap. de eupatorio cum dicit: quod dicunt aliqui quod est herba pulicum: noluit secundum verum quod sit herba illa quam latini vocant pulicariam eupatoriū quoniam Diasc. facit semotim cap. de eupatorio quod incipit eupatoriū. et semotim ca. de pulicaria vel herba pulicum: quod incipit coniza. sed sicut dictū est debet intelligi Mesue. nam dicit quod eupatoriū secundum quosdam est herba pulicum: quoniam aliqui vocabant herbam pulicum eupatoriū: et bene: quoniam est diuretica valde: et valet contra vicia epatis: vt inuenies si. l. l. coniza. Miror qualiter medici nostri temporis non aduertentes verba Diasc. Aui. et Sera. Plinii et Gal. et Damasc. credūt herbularii salujam agrestem eupatorium dicentibus: que nec in sapore: nec in odore cum eo conuenit. si aūt in ipsa forsan virtutes eupatorii inuenerunt et pro eo ponere voluerunt: cuius gracia ipsum eupatoriū vocauerunt non licebat dicere quod idem esset: quoniā eupatorium potest dici omne id quod valet cōtra vicia epatis: ab eu quod est bonum et pacor quod est epar. vnde eupatorium. i. bonum epati. sed verū eupatoriū est illud quod antonomatice est bonum epati: sicut illud quod verum est eupatorium.

Posse. Dias. secundum translationem nostram. Eupatoriū valet contra vicia epatis. et folia eius sicca: et axūgia porcina veteri addita trita et imposita dura vulnera ad cicatricem ducunt. semen vero eius et folia cum vino bibita dysentericis et morsibus venenatis occurrunt medicando. Eadem dicit Sera. ca. proprio de mente Diasc. et addit: et sūt multi qui putāt quod illa herba sit agrimōia: et errāt: quia est alia ab ea. et nos quidem manifestauimus iam de eius esse in eo quod diximus de eo. Et idem acu. Gal. in tyriaca chesar eupatoriū aperit opilatiōes epatis et fortificat ipsum

Jo. mes. Eupatoriū solutione educit cholera et phlegma facile. et est preseruatiuum a putredine: et confortat stomachum epar: et viscera: et confert doloribus eorum. et est medicina splenis et opilationum omnium et egritudinum ab ea factarum. et febribus longi temporis mire subuenit. dosis decoctiōis eius potio est a. ℨ. iii. vsque ad. vi. et pulueris eius a. ℨ. ii. ad. iii. loco eius ponitur in defectu eius absinthii et asari: ana medium ponderis ipsius. **Auic.** Eupatorium est bonum in initio allopitie et tyrie et linitur cum adipe veteri super vlcera difficilis consolidatiōis. et eius succus confert scabiei et pruritui quando bibitur cum aqua fumi terre: et oximelle. et similiter flos eius et succus ipsius est forti or: confert doloribus epatis et opilationibus eius et confortat ipsum. et confert duriciei splenis et apostematibus epatis: et apātibus stomachi. et eius herba et succus conferunt maliciei forme et accidentibus hydropisis. datum in potu cum vino et cōfert vlceribus intestinorum. confert fe. cronicis: et antiquis: proprie succus eius: et proprie cum succo absinthii. loco eius ponitur pōdus eius de asaro. et medietas ponderis ipsius de absinthio.

Eupetron	i. sene
Euperiston	i. bona inuentio
Eupotriston	idem

Euperozi stomaccium. i. poros aperiens
Eupectum. i. aptum digestioni: et dispectum est oppositum

Euresim	i. malua
Euretica virtus	i. rarefactiua
Euretan	i. aaron

Eurion tiparon. i. lana sucida: eurion. i. lana tiparon. i. sucida

Eurinbena	i. citraria

Eurizicon quid est. l. l. obrizum
Euricomō a grecis dicta: quod vere primo senescat vnde eam aliqui senition vocant: latini vero vocant ipsam herbam cardoncellum benedictum. nascitur per macerias. l. l. erigion

Eusapor	i. sapor bonus

Eustracta dicuntur que in ventre facile corrūpūt vt persica etc. isto vocabulo vtitur Gali. dinamidarum particula prima cap. eustracta

Eusidos	i. cymbalaria
Eustistides	i. hypoquistidos
Eustifilo	i. polium
Eusopa	i. almea
Eustomatica	i. bona stomacho
Eustobron	i. marubium
Euzomum	i. eruca
Euzonomia	i. salsamentū eruce

Euzomon. i. bonum salsamentum: nam zomon salsamentum: et eu. i. bonum

Cap. 233.

E **Banus** lati. ara. ebus: vel ebirus: grece ebenum

Sera. li. ag. cap. ebus auc. Diasc. eius due sunt spēs. s. absi:

⁊ inda .⁊ absi est lignum nigrum non habens lineationes:sed in soliditate ⁊ subtilitate sua est similis cornu. quando frangitur habet fractiones suas duras:solidas:mordicat linguam:⁊ est stiptici saporis.⁊ quando ponitur super prunas profert odorem bonum.in indo vo sunt lineatiões albe :⁊ est coloris subrufi.⁊ oẽs eius species quãdo franguntur sunt du Dias. cap. de ebano.ƀƺ re in fractura. translationeƺ nostram:Ebanum lignum est quod de ethiopia venit:colorẽ vnũ habens duplici gũma:tactu lene ⁊ durum:⁊ gustu stipticum:⁊ mordax:⁊ carbonib⁹ impositũ citius inserpit ignem:in cotizula confricatum ostendit rufum colorem.Est alterũ de ĩdia vario colore:sed melius est supradictum.multi ligna assamina:⁊ atantica vendunt que similia sũt sunt ebano. sed inde agnoscitur: quia mollia ⁊ non grauia: ⁊ cum fracte fuerint bastule eorum subrufi coloris apparent:non odorẽ nec gustuƺ talem habent.est aũt optimũ quod est nigrũ ⁊ eq̃lit lene:vires habens in gustu acres:⁊ aliqualiter sub stipticas:vnde in collyrijs miscetur. Posse. Gal. vi. simpli.phar.cap.de ebano.virtus ebani est abstersiua calefactiua.vnde istud lignum est ex rebus que si confricentur cum aqua resoluitur in succũ sicut quidam lapides.⁊ substantia eius est subtilis:⁊ calefacit:⁊ abstergit:⁊ aufert:⁊ quod est coram pupilla impediens visum.⁊ ipsum ingreditur in medicinis oculoꝝ conferentibus vlceribus antiquis eoꝝ:⁊ humoribus fluentib⁹ ad eos antiquo cursu Dias. Ebanum vlceribus oculoꝝ vtilitatẽ facit.virtus est ei etiam purgatoria:⁊ ideo caligines oculoꝝ ⁊ rheumatismũ detergit ac prohibet.multi cotulas medicinales ex eo faciunt aliqui vo trituram ⁊ rasuram eius ⁊ limaturam infundũt ĩ vino die ac nocte:⁊ post terunt faciẽtes collyria.alij pro vino aquam mittunt.cõburit̃ etiã in cacabo crudo bene minuto q̃diu cinerem faciat:⁊ lauatur ut molibdo: qui puluis facit ad siccitatem oculoꝝ

Ebereni .i.granum ben
Ebenars .i.camelus
Ebenum .i.ebenus
Ebel .i.sauina
Ebheel .i.semen iuniperi
Ebuxmeum .i.oleastrum

Ebulus quid est.l.l.cameacti

Ebur est dens elephãtis:⁊ inde eburneus:iã aptũ est medicinis in multis confettionibus ingrediẽs ⁊ arabice vocatur aagi:sicut inuenies in.l.hasir

Ecalcidos est nomen mensis octobris.hoc vocabulum ponit Auic.quarto canone ca.de fe.pestiłentiali:grece est fuligo pendens trabibus ⁊ parietibus ex fumo facta

Echatrion interpretatur centum hñs potestates

Echalodes .i.fumosum

Ectaces:Plinius:herba est que in Sicilia tm̃ nascitur:quam ignoro

Ectelice melic .i.corona regia

Echeon vocatur medicamen ad visum:quod fit ex cinere vipre ⁊ melle

Ectebo .i.scribere
Ecindebel .i.ameos
Eciosactis .i.ebulus
Ecipi radix .i.marubij radix

Echinos.i. ericius aut terrenus aut marinus:pro quo.l.l.censud

Echidua .i.vipra serpens

Echinus dicitur a Plinio vocari piscis quidam qui cum naui adheserit ipsam ĩmobilem reddit cuius formã secunduƺ diuersas opiniones adducit:sed non est ericius echinus.similiter secunduƺ librum antiquum de simplici medicina dicit̃ spina alba. ⁊ puto sic dici eo ꝙ capitellum habet simile echino marino

Echidrus est serpens in aqua degens

Echis:hec pseudo ancusa dicitur lanuginosior q̃ƺ ancusa ⁊ minus pinguis:densioribus folijs: ⁊ largioribus:⁊ tenuioribus.radix in oleum missa non fundit ruboreƺ: ex hoc ab ancusa discernitur

Eclie .i.apoplexia

Ectica febris:vel ab ectismos quod est consuetudo:vel ab ektiko quod ẽ tabefactus:ƺ potius primum credo quia tabes est marasmus:⁊ est ectica confirmata

Ecolpitare est medicamen in matricem mittere

Ecoreascen .i.vitis alba

Ecopa.i.parua solutio ossis capitis

Echoen .i.alba
Ecrotaconis .i.stuppe

Ectropion grece demosthenes:est inquit reflexus inferioris palpebre ad exteriora propendens:nec oculum solido velamine tegens

Ecus .i.aquila
Echus .i.merulus

Eckutubne est bestiola existẽs in superficie aque que super eam mouetur diuersis motibus sine ordine:⁊ quacunqꝫ hora aliqd accidit ei fugit ex eo quod ipsi accidit:deinde apparet:⁊ dicitur bestiola aliter non quiescens:⁊ dicit̃ esse vulpis ab amatu: veruntamen magis similia nostro loco sunt duo prius dicta

Eda lignum est aptum ad incendium

Edra.i.fortis solutio capitis

Edrafon .i.anacardus

Edera dicitur qm̃ libenter a capris editur: ⁊ ideo ƀm Diasco.alique sunt earum species que nõ habent cum ea similitudinẽ:nisi quia dicunt edere quia libenter hirci caprarũ eas edunt:sicut ẽ barba hircina:⁊ rosa canina:vt apparet in.l.cissos

Edemul.i.feniculus Edegarad.i.rosa
Ediosmon.i.menta Ediosmũ idem
Ediosmus idem Ediantos.i.viola
Edinus britãnus .i.gagatis lapis
Edisie.i.apoplexia Edisemelic.i.corona regia
Edipnea.i.spinacia Edon.i.philomena auis
Edonea.i.almea Edoracio.i.cicorea
Edudinum .i.vipra serpens
Edulcus .i.merulus auis

Educien .i.marubium
Efrention .i.frifille
Effelide vel ephelide.i.macule que fiunt in vultibus mulierum ex sole vel aborsu. Dias.cap. de lothos.et cap.de amigdalis.et cap.de ficubus.

Cap.234.

E Ffemereon est apud Diasco.cap.effemereon: quem multi irim agrestem vocant.folia et hastam similia lilio habet sed tenera: et flores albos: et minores: et semen molle.radix est ei grossa vt digitus.et virtus est illi stiptica: et odoris boni.nascitur in locis vmbrosis et in silvis. Posse. Dias. Radix eius decocta in ore retenta dolorem dentium mitigat.folia vero eius in vino decocta et cataplasmatibus imposita tumores et duricies spargunt.

Effemon est apud dias.quedam bulbus quem vocant colticon: et est species hermodactili venenosa

Effebeuros.i.habens septem costas: et est plantago quoniam in folijs suis sunt septem coste

Effialte .i.incubus

Effilis Paulus cap.de maculis faciei: est nomen vnius ipsarum

Effimera febris que a Gal.in epistola ad Glauconem exponitur simplex vnius diei.s.nam effimeris grece vnius diei operatio est quotidianum vel diurnum dicere possumus: vt effimeron cibus vnius diei: vel aliud tale dianum.s.vnius diei: vnde effimerides vocant annalia que dietim scribuntur .i.acta cuiusque diei: affimerinos vero quottidianus dicitur.et hec omnia ab imera quod est dies veniunt

Egarion.i.cymbalaria Egabael.i.psillium

Egagios.i.verruca Egeoresini.i.acorus

Egena.i.locus apud extremitatem oculorum

Egelidam.i.tepidam quasi non gelidam

Egregorsis .i.vigilia

Egilopa est apostema intra magnum angulum oculi et nasum.s.fistula que antequam disrumpatur antilos vocatur: sed demosthenes antilops inquit est egilops.s.collectio circa angulum maiorem oculi quem si propter humorem tenuerit clausum proprio nomine antinops a pluribus vocatur.si autem inflatione euacuata digitis impressa paruo recedens reuertitur egilops a pluribus appellatur: sed antinops a vicinitate oculi nomen accepit .egilops vero a similitudine caprarum que secundum angulos oculorum naturales videntur habere inflationes

Cap.235.

E Gilops grece. vel egilopa: arabice qusir: vel dausir: vel dolara: latine vero auena. de qua Dias. duo facit cap. Capitulum quod incipit egilops: herba inquit est que folia similia habet triticeis folijs: sed mollia: et superius capitellum est.seminis eius grana sunt obtusa: duo vel tria tunicis vestita.flos est ei sicut capitellus albus: qui cum farina mixtus omnes tumores curat: et egilopas: et ob hoc nomen accipit. Aliud capitulum incipit. Auena: siue vt greci dicunt egilops etc.et idem dicunt ambo illa capitula.error fuit translatoris. Plinius cap.de auena siue ut greci egilops: herba est que crescit in segetibus cum folijs tritico similibus simplicibus quidem: sed hirsutis cum tenui calamo habenti in summitate tribus tegminibus ambitum ex quibus ariste simi les capillis extant. Sera. li.ag.ca.qusir auct. Dias. Qusir siue causir: vel dolara.i.auena: est herba cuius folia sunt similia folijs frumenti: nisi quia sunt molliora.et in summitate calami eius est semen duabus vel tribus tunicis vestitum: a quibus exeunt ariste similes capillis in subtilitate. Pos. Gal. vi.sim.phar.c. de egilops. sapor eius est acutus parum et acris.et virtus est diaforetica sic quod resoluit apostemata dura.et confert fistulis que sunt iuxta oculum que egilope vocantur.et quando fit cum ea emplastrum cum farina curat scabiem: et resoluit apostemata dura.est autem vtcumque stipticitatem habens: vt et diarijs que secundum ventrem conferat. Et idem li.i.de cibis cap.de auena. Auena est cibus subiugalium non hominum: nisi forte alicubi famescentes extreme cogantur ex hoc semine panem facere.extra famem autem per aquam elixum comeditur cum vino dulci: aut melle consimiliter thyfe.caliditate autem sufficiente participat consimiliter illi: quamuis non similiter illi durum existens: propter quod alimentum minus exhibet corpori.et aliter autem indelectabilis est qui ex ipso fit panis: non tamen retentiuus ventris: aut prouocatiuus vt prius: sed in medio secundum hoc ordinatus est. Sera. Mollit duricies.et iodinatus est. ad egilopas farina eius cataplasmatibus commixta congrue facit. Item succus eius seruatus farine admixtus sextarij in paniscülos redigitur: et iterum resoluitur aqua in succi qualitatem: quando vsus eius est necessarius.vires autem habet leuiter et efficaciter relaxantes: et ad omnes tumores facientes.

Egilo.i.populus arbor Egineus.i.caprificus

Egikeras.i.capricornu Egios.i.simius capri

Eggi .i.acorus

Eglianchis.i.augmentatio anguli oculi

Egritudo in qua eleuatur cutis.i.lepra

Egritudo diuretica est opilans vias epatis et urine: vnde diureticum.i.diu in renibus retentum.hoc vocabulum ponitur in littera hasab desice

Egritudo murachia.i.hypocondrij

Egoceron secundum Dias.vocant quidam farinam fenugreci cap.de fenugreco.et egoceron est species trifolij quod vocatur trifolium egoceron: vt apparet in littera handachucha

Egron est fauus: et accidit in cute capitis

Egurion est species citrulli habens formam longas

Egufeif.i.melilotum Egufarion.i.fragraria

Ehasuc quid est.l.l.easuc

Ehabria.i.almea Ehafilos.i.millefolium

Ehua.i.trifolium Ehualidos.i.semen genestre

Ehuarida .i.peucedanum

Ekkausis.i.arbor Ekaumo.i. incendium

Enfisena est inflatio facile cedens impressioni vndiqꝫ alba differens ab hypofregmate: eo ꝙ alba oculorum extantiora a circulo pupille vident superficie prime tunice: vel vt scabra exurgēs quā nos pustulam dicere poterimus
Enkilia .i.intestina
Enquimatismo.i.infundo vel aspergo
Enrinon.i.capitis purgatorium quod per nares inijcitur
Entridatum.i.rubea tinctorꝫ qua vtūt tinctores
Entusiasticus .i.melancoliā patiēs
Entismos .i.fermentatus
Enthimon grece piscis dictus rubeus
Enodus interpretat bene olens: ab eu qḋ ē bonū
Enorisma.i.caro superflua ꝗ orit in vulneribus
Enon .i.caute
Enondon .i.rufiniol⁹ auis
Enostum .i.fenum
Enones .i.hederog
Enogefales .i.cefalionus
Enodis .i.boni odoris
Encholpismus.i.iniectio in matricem alicui⁹ medicaminis
Encotase.i.siccam matricem habentes
Enula ſm Diasco.vocatur elenium vel elna: pro qua.l.l.elenium
Enula campana idem
Enustica .i.atriplex
Epatica quid est.l.l.azem alsaker
Epar: pro eo.l.l.rebith
Epaferes .i.herisipilla
Epaumasticus gre.ē spēs sinochi semp decrescēs
Eptafilon est planta.vij.folia habens sicia pentafilon. duas habet species. vna habet radicē tenueꝫ ramosam ꝛ tortuosam: ꝛ rufam: folia aliqūliter pilosa. altera habet radicem grossam: intus rufam: folia pilosa flos vtriusqꝫ aurosus: primam specieꝫ tormentillam vocant: ꝛ est bistorta
Eptaleuron est eius interpretatio septem costarū ꝛ est plantago maior: pro qua.l.l.arnoglossa
Epta .i.septem
Epeticon.i.aurigea vel aurigalis
Ededion.i.cauda eqna Eppeticon.i.scopa regis
Epithimum quid est.l.l.achemon
Epilatum dicitur medicamen per os sumptū ab epi quod est supra ꝛ fero
Epilotrica.i.vulnus carne repletum
Epithias.i.pillule Epilogatio.i.momentum
Epilatride.i.ruge ī facie Epizocōta.i.diafragma
Epiplate.i.abundantia maloꝝ humoꝝ
Epispactica.i.aductoria Epilontica.i.sanatiua
Epizocontarmerō.i.mēbꝝ ī iferiorib⁹ īfra costas
Epicauma est vlcus sordidum ꝛ rabidū oculi
Epistotomis.i.spasmus qui declinat ad antiora
Epi gre. ꝓpositio significat aduersū vl' aduersus cis citra contra sub sup erga in pro ſm adiūcta

Epialtes dicūt greci: nos efficaltes ī dubio dicim⁹

Epithatis ab aliis helleborine vocatur: ⁊ est planta quedam parua exiguis foliis ⁊c̄. Plinius

Epicauma a paulo vocatur quarta species vlcerū cornee oculi earū quas describit vt supra in .l. butrion. Idē demosthenes: ⁊ ē eius expositio vstura

Epidimia grece sup eraduenienss: nam epidimon aduena: ⁊ videtur esse genus ad paudimon ⁊ pestilentiam.

Episora dicitur ab epi quod est supra: ⁊ fero fers .i. rheuma in superioribus .s. in oculis. ⁊ ideo episora grece .i. superinfusio rheumatis descendenū ad oculos: ⁊ est cum inflationibus ⁊ doloribus

Epigototum .i. omentum vel cingulum mēbranū quod circundat latera: in quo fit vera pleuresis

Epitrides .i. lactuca agrestis

Epilata .i. medicine laxatiue per os sumpte: ⁊ maxime leues

Epialos .i. febris in q̄ calor occultatur ⁊ apparet ī ea frigus

Epilepsia .i. morbus caducus: eo ꝙ cadit patiens cum ea capitur pedicon a pueris quibus facilius ⁊ sepius accidit: nam pedia grece puer. comicialis morbus etiam dicebatur: eo ꝙ si aliquis hoc morbo in comiceis forte caderet agendis absoluebantur comicia ⁊ ad aliam diem transferebātur ex augurio. comicia dicebantur conuentus vniuersi populi kalendas ianuarii Rome in campo martio ad magistratus creandos: hic sacer morbus vocabatur etiam eo ꝙ partem corporis possidebat in qua animā habitare dicebant. dicitur etiam lunaticus morbus: eo ꝙ ſm motum lune cōmoueri videtur. Alexāder ca. de epilepsia. epilepsia inqt vocatur quia obtinet ⁊ tenet omnē sensibilitatē captiuam. vocant alii eam hieronoson .i. sacram passionem: eo ꝙ sacerdotalis oneris possideat tēplū .i. cerebrū in quo anima habitat. alii vō heracleā vocant: propterea quia fortis fit: ⁊ non facile elidatur ipsa ⁊c̄. hoc morbo dicunt Herculem captum fuisse: ⁊ forte ob hoc heraclea dicitur.

Cap. 246.

Epimedium siue vt latini vinectam dicunt ſm Diascoridem. in ꝓprio cap. hastam habet non maiorem: hedere similem. ⁊ folia .x. aut .xii. carens flore ⁊ semine. radix est illi tenera: nigra: cū odorē graui: ⁊ gustu fatuo. nascitur in locis humidis. Posse. Dia. Folia ei⁹ trita cum oleo ⁊ imposita māmas crescere nō admittit. folia eius ⁊ radix cum vino bibita post purgationem menstruoꝝ .3. v. generare non sinit: si qnqꝫ aut .vi. diebus bibita fuerit

Epimelida ſm Dias. cap. quod incipit mespilla: sicut apparet in .l.l. mespilla. est inquit ⁊ alia que in hispania nascitur: quā multi epimelidam vocant. semen rotundum habens. hoc aptum est ad comedendum. ⁊ est stipticum: ⁊ tarde maturescit: similē sorbo. ⁊ nos latini vocamus hanc epimelidam anzarolam. Isidorus vocat eam pomelido: pro quibus .l.l. zaror

Epimedū est q̄dam spēs scylle q̄ comeditur.

Epinictida est egritudo a grecis sic uocata: q̄ dicitur ara. sire: qđ vocabulū Dias. cap. de coriandro ⁊ arnoglossa ponit. Plini⁹: Epinictide ingt pustule sūt quasi nigre que de nocte magis oriunt. Cornelius celsus in ꝓprio cap. Epinictida pustula est pessima: colore sublinida: vel nigra: vel alba: cū vehemēti inflatione: ⁊ cum aperta est apparet int⁹ vlcerosa muccosa cū dolore ingenti. magnitudinem fabe nō excedit. ⁊ qꝛ nocte orit sic a grecis vocat.

Epio vl' epiuꝫ a Dias. vocat vna spēs salicis: ⁊ est os mundi

Epipatis .i. sisambris

Epipis .i. omentum membranum mappa ventris

Epilon .i. timpanitos vel asclites

Epiloceon .i. dendecelon

Epiploten .i. cōplexio contrariarum passionum

Epiranis .i. aspersio: infusio: imissio

Episemasias .i. accessiones febriū

Epispastica exponitur a Diasco. capit. propoleos aductorea

Epithesis .i. suppositio

Epitesma .i. linteoli: vel fascie: vel instite

Epipephetoris .i. coniunctiue

Epithetos .i. stellio

Epithero .i. medicamen

Epiplotiles quando zirbus descendit in bursam testiculorum

Epicleon .i. zirbus

Epithima .i. superpositio emplastri mollis vel aq̄si: vel epithima dicunt greci medicamentum qđ stomacho ⁊ hypocundriis ⁊ vētri superponit cū fuerit panno intinctum

Epithima tenoticon .i. debilitatē confortans epatū

Epithimū quid est .l.l. themon

Epilombis est radix cardi siluestris

Epicomata est condensatio humoris in oculo

Epidagum .i. gypsum Epilanetide .i. ruge ī facie

Epililides .i. ampelios agria

Epistolatia .i. pastinaca

Eporatiua .i. mollitiua

Eponfilon .i. folium: vel semen taxi: vel lignum

Epoas .i. vpupa auis

Epso .i. eruca

Equisecon quid est .l.l. obenech

Equimias .i. peucedanū Equinicia .i. vincitoxicū

Equintia .i. flos malignati

Equiliditas vel equalidas est cum in corpore dominatur frigiditas ⁊ humiditas equaliter: vel humiditas per superabundantiam

Eraces .i. magnes Eraptidos .i. cardus

Eramthos .i. cicer

Eratron .i. sepens quidam

Eramthemide .i. camomilla

Erambāmata .i. impositiones

Ero .i. lolium vel zizania

Eraclea: hō nomen multis plātis attributū fuit eo ꝙ mlti herculi herbas attribuerūt ātiq: nā heraclea ab hercule dr: cū h debꝫ scribi: sꝫ coit scribit p. e.

Dias. ca. ō eraclea. Eraclea quādā spēȝ ab rotani quā feminam dicit esse: vocat item paritariam: a quibusdā sic vocari dicit capit. alsmen. Item aliam que sinderitis dicitur. Theodorus priscianus in libro de simplici medicina: Eraclea inquit quam alij abrotanū dicunt ꝛc. iteȝ eraclea est epilepsia. l. l. epilepsia
Eraclepa est que latine ferraria nigra vocatur: ꝛ est quam moderni centrum galli: ꝛ gallitricum silvestre vocant
Eracon. i. herba ferulatia: ꝛ est duoꝝ palmoꝝ altitudine origano similis florellulis aureis ꝛc.
Erait .i. laurus
Eradion ſm Dias. est miliū solis ca. ō litospermō
Eramotica apud Diasc. reperitur vocari prima species origani earum quas ipse describit
Eramtemides dicitur ab aliquibus camomilla: ꝛ ſm Diasco.
Erbaturum .i. artemita
Ergantia .i. vngula caballina
Ereuentis .i. cicer
Eregmon .i. senation
Ereos. i. amor qui ereos dicitur: est species melācholie ex cupidine ꝓueniens: dicta ab ero nobili eo ꝙ nobilibus magis accidat: ꝑpter diuitiarum ꝛ ocij affluentiam.
Erescon. i. intuba: ꝛ est cicorea vel endiuia
Eremela .i. harmel
Ermezasis. i. mercurialis ab ermete qui est mercurius
Erpesestiomenus quasi repens comedendo: nam erpta erpto reptilia serpētia que serpunt: estiomenus. i. comestus esus
Erpeta ꝑ ipetigine: ꝛ maxīe ꝑ serpigine ponit̃
Erpelatos grece ignis acer serpigo ꝛc. sacer. i. execrabilis vel herisipilla phlegmonides. i. mixta cuȝ sanguine
Ericus .i. colofonia
Ereanginos .i. faba hortensis
Ertranginos idem
Erisipilla .i. sacer vel acer ignis
Erigion. i. cicer erraticum: vel senation
Erisceptron .i. cypeꝝ hispanum
Erion .i. lana
Erigeron .i. cardus benedict⁹
Erimilie. i. similis piperi: semen quoddam est
Ericeas similis eruce ſȝ multo breuior ꝛ acrior
Eris erugo quid est. l. l. aeris erugo
Ericon .i. carica
Eritis. i. massago: ꝛ est masaltboc
Erigion .i. cardus purpure⁹
Ericcius terrenus quid est. l. l. ceufud: ꝛ pro ericcio marino. l. l. vt supra
Erisicon. i. ruta
Erice. i. tamaricis
Erit. i. lana
Eritron .i. afronitrū
Eris flos. i. calcantū
Erisceptrō. i. sparcos
Erica. i. olece
Erici arboris: inde erici carpos. i. arboris frutex
Erisceptron. i. triangul⁹ iunc⁹: ꝛ ē iuncus cyperi
Erisiolacharium .i. atriplex

Eristos. i. maluauiscus vel altea
Ericen Dias. dicit esse libanotidem. etiā in tracia nascitur cap. de libanotide: ꝛ est ros marinus
Ericis carpos quidam dicunt ꝙ est semen arboris illicis: sed Alexander capit. de cura tenasmonis videtur dicere ꝙ sit athel. ꝛ etiaȝ apud Sera. in antiquis synoynmis inuenit̃ erice. i. tamarix
Ericinus vel marinus vel terrenus ambo spinis similimi: echinus vocatur vterqȝ. l. l. ecinus
Erision ſm Dias. est absinthiū marinū: vt supra in absinthio

Cap. 247.

E Rigion siue erigeron vł sedū vel senition: vel entricomon: vel sanition grece: ar abice xbuseam achantidam: latine vō cardo benedictus. Plinius cap. senition. Senition dicitur quia veris tempore senescit. ꝛ dicit̃ erigion: quia egeron grece dicitur senex: ꝛ est herba therissagum specie: ꝛ cum mollicie cauliculis subrubicundis. nascit̃ in tegulis ꝛ in muris. nomē hoc greci dederunt: quia vere canescit. caput eius numerosa diuidit̃ lanugine: q̄lis ē spine int̃ diuisuras exeunte: q̄re eaȝ callimach⁹ achātida appellat alii vō appellant pappū. Gal. vi. sim phar. ca. de cardo ne bñdicto. Erigeron siue cardo benedictus: vel senation: vel herba bulne v̄tutem habet inflatiuā ꝛ mediocriter diaforeticā Dias. cap. sedum. i. cardo benedictus: ē herba quam senition vocant. nascitur in tectis ꝛ in petris. folia habet viridia ꝛ densa similia quercule: sed grossiora ꝛ pinguiora: thyrsuȝ ſb rufum: capitellum in sūmitate thyrsi habens ī modum viticelle lanuginosum. vires habet stringentes ꝛ refrigerantes. ꝛ eadem prestantes que ꝛ plantago. folia frigida sunt. Posse. Dia. folia ei⁹ cum floribus in cataplasmatibus cum vino dulci facta ꝛ imposita inflationes testiculorum tollit. ꝛ ani plagas sanat. ad neruorum incisiones cum aceto facit ꝛ cataplasmatibus imposita: ipsa vō potui data offocationes facit.
Erinaceus. i. ericius terrenus: ꝛ lati. vocat̃ ericci⁹
Erisceptron Dias. cap. de hierebotano. ē herbena
Erisepron .i. cyperus
Erisin est quoddā semē granificū mihi ignotum
Erismon quid est. l. l. hedereg
Erisum idem quod supra

Cap. 248.

E Ritrodanum vel entradaron vel eritron: vel eritrodanon gre. arab. faue vel eira: lati. vō rubea tinctorum. Ubi sciendum qđ Dias. cap. de rubea dicit ꝙ rubea siue ut alij eritrodanū dicūt: ꝛ est ō rubea domestica. aliud ca. inuenitur apud Dias. qđ sic hȝ eritrodanum dicunt: ꝛ est de rubea agresti. Item ſm veritatem eritrodanū in alia trāslatione Diasc. aut tetrion vocāt plurimi. Radix ē illi ificiēs

Duo sunt eius genera. vnum agreste: alterum seminatum: sicut Rauēne Italie fuit locis cultis seminatum. naȝ ⁊ in vijs sponte nascitur. baste sunt illi quadre ⁊ longe ⁊ aspere sicut apparine: sȝ fortiores ⁊ longiores: folia habentes int̄ nodos ipos folia habet sicut aster. i. stella in gyro posita. semē eius rotundū est in primo viride: ⁊ postea rufuȝ. ⁊ cum maturauerit nigrescit. ⁊ radix eius longa tenuis ⁊ rufa ⁊c. sed ſm translationē aliam Diasc. rubea siue ut alij eritrodanum herba est oib⁹ nota. species eius sunt due. vna agrestis: alia que appellatur spartos. ⁊ est domestica: ramulos habēs tenues ⁊ quasi nodosos. folia habȝ p interuālla distantia: atq; per singulas adunationes veluti stellarū imaginē mittentia. fructus siue semen ei rotundum vel viride: ⁊ hinc rubruȝ: aut circa maturitatē nigrū. radicem habet paruam: tenuem: pusillā rubicundā. Plini⁹ cap. erithron. Erithrō quā alij eritrodanum vocant: nos v̄o rubeam qua tinguntur lane ⁊ pelles ⁊c. grecus v̄o eritodanū dicit: nā erithros rube⁹: cochin⁹: fenice⁹: rubicūd⁹ exponit̄ de rubea ⁊c.

Sera. li. aggre. ca. fane auc. Diascofane siue faue. i. rubea tinctoꝝ. quedam ex ea nascitur: ⁊ quedam ex ea seminat̄ ⁊ habet ramos quadratos: longos: grossos: similes ramis herbe que dicitur abarū: nisi quia sunt maiores eis ⁊ duriores. super ipsos sunt folia diuisa ad inuicem egredientia iuxta nodos: ⁊ in similitudine stellarū. ⁊ fructus est rotundus: cuius color in principio sue aperitionis est viridis: postea v̄o fit rubeus. ⁊ quando maturus est fit niger. ⁊ quod de ipsa administratur sunt vene ipsius: ⁊ ipse sunt subtiles ⁊ longe ⁊ rubee.

Gal. vi. sim. phar. ca. eritrodanū. Eritrodanum: est aūt rubea tinctorum. radix acerba ⁊ amara ſm gustū vnde ⁊ quod dictum est de alijs ad inuicē sibi huiusmodi virtutes conuenientes in hac radice conspicis. Paul⁹ cap. de rubea. ca. ⁊ sic. in secundo gradu. Auerois in colliget cap. de rubea. rubea ē ca. ⁊ sic. in tertio gradu.

Posse. Eritrodanum v̄tutem habet mictualem cum aceto. illinita albis maculis medetur. vsus etiā ei⁹ ad ea ꝓficit ad que cetera diuretica ꝓficē dicim⁹ sed agrestis virtus est ſm Diasco. mictualis diuretica: vnde vrinam ⁊ menstrua ꝓuocat.

Gal. Eritrodanum splenem ⁊ epar expurgat: ⁊ vrinas grossas ⁊ ml̄tas. ē aūt qñq; ⁊ sanguinolentas euacuans. qñq; etiā prouocat menstrua ⁊ abstergit mediocriter quecūq; abstersiōe egēt morpheis q̄q; albis cum aceto peruncta confert quidam aūt ꝓpinant eas sciaticis: necnon paliticis cum melicrato

Ercinos gre. ara. elisistidosis: lati. v̄o herba hircina vel herba lactis

Dias. cap. ercinos: nascitur in fluminib⁹ ⁊ circa puteos: folia habens ozimo similia sed oblōga ⁊ diuisa: ⁊ in sūmo bastas quinq; aut sex: longas duobus palmis ⁊ flores albos. semen est ei nigrum minutum ⁊ durum. folia eius succo sunt plena.

Posse. **Dias.** Seminis ei⁹ ℥. ii. melli mixtum ⁊ inunctū caligines oculoꝝ ⁊ rheuma cōpescit. succus eius auribus infusus dolorem aurium mitigat: maxie a fronitro ⁊ sulfure mixtis. Plinius herba lactis valet ad impregnationē accepta per os ⁊ fomētata.

Emicar .i. lumbricus
Ernia vocatur tumor qui in oxeū apparet ex descensu intestinoꝝ intus vel alterius rei
Erpillum. i. serpillum Erpillon idem
Eria. i. lana Eriotigio. i. faba
Erisistidos. i. herba hircina Erōgiū. i. cētū capita
Eron. i. adamas lapis Eros. i. amor
Eroticos. i. amatorius cupidinarius
Erob .i. minus cicer
Erobuthus agriere. i. cicer agrestis
Erpolitricum .i. politricum
Erton .i. diuisum
Erugo eius species sunt multe. sed quando simpliciter ponitur intelligitur de erugine eris vel auricalci: vel cupri: ⁊ quid est. l. l. eris erugo
Erugo campane .i. prassium
Erundina. i. celidonia Eruca aque. i. cenation
Erugo vermicularis quid est. l. l. eris erugo
Erugo haid quid est. l. l. erugo ferri
Erugo ferri quid est. l. l. vt supra
Erustus .i. rubeus
Eruca quid est. l. l. iergit
Eruca gerentiana quid est. l. ederog

Cap. 249.

Erbum ara. gre. hierob: lati. v̄o iudaica.

Dias. cap. hierob. herba est porrecta virgultis vltra cubitum: geniculosis. foliis per interualla distantib⁹ tā q̄ quercus: icisis. ⁊ subalbidis. vires habȝ acres ⁊ mictuales.

Posse. **Dias.** Facit ad capitis ⁊ epatis dolorem: ⁊ ad serpentis morsum ⁊ araneaꝝ et canis rabidi. calculos expellit. hydropicos sanat. vulnera recentia supposita curat. facit ⁊ ad eos q induratas venas hñt. ⁊ cibum reijciunt. ꝓpter parotidas ⁊ strumas collo ligat̄. ictericos sanat. ℥. i. ex succo folioꝝ: ⁊ nardi. ℥. iiij. ⁊ paululū mirrhe ex aqua cyathis. iij. potui data. radicem huius q secuȝ habuerit a serpente tutus erit.

Erlurustica .i. rosa siluatica
Ersabea .i. bona carnositas
Esapon est q̄dam species lactuce.
Escara est illud quod aduritur ex membro ꝓpter cauterium: vel escara. i. crustula.
Escabala. i. cancer cū ducit mēbꝝ ad isensibilitatē
Escacados .i. sticados
Esdra: Plinius ab alijs marbasis vocata nascit̄ ventoso fere: tractu scandens arboreȝ: ⁊ ex ramis perpendēs: folio nullo: thyrsis numerosa q sunt vt iunci geniculati: radice pallida ⁊ cetera.
Espastica d̄r medicia q̄ ex̄hit ⁊ ñ repr̄init: Oribasi⁹
Escabari. i. aromatica frigida: vt sandalum rosa ⁊ similia

Escul .i.mentastrum
Esperis .i.citrum
Esse .i.butirum
Essera .i.stiptica multum
Esset .i.pix
Essere ē pustula parua lata sicut vesice ad aliquā tulam tendēs rubedinem: faciens angustiam :eue niēs subito. et fortasse est sanguinea. et ſm plurimū fit vehemens in nocte. et eius causa est vapor cali dus eleuatus in corpore subito: aut a sanguīe cho lerico aut phlegmate baurachio
Es quid est.l.l.boas
Es vstum.quid est.l.l.quod supra: vel lege calcute caumenon
Esterguad .i.anuiden
Esterguas.i. herba otaniden ō qua fit assa fetida
Esistides.i. succus plāte que dicit barba hircina vł quod verius est succus cuiusdā quasi fungi nas cēti ad pedē barbe hircine: et vocat hypoqstidos
Esimirismū .i.myrtus agrestis
Esie .i.lapidis
Esilma idem
Esion .i.senation
Esbrium.i.saluia vel flos eius: sed falso immo est sansucus vel maiorana
Escisio .i.exitus
Esmion .i.menta
Espis .i.citrum
Espilon .i.splemon
Espedagum plumbi.i.cerusa
Esticia .i.siccia
Estio .i.comedo
Estimenos .i.vlcus manducans
Esolium .i.flos saluie
Esmon .i.eruca
Esopa cerotis .i.sudor ouium
Escotomenos .i.tenebrosus
Efflorationes sunt macule que oriuntur in super ficie corporis
Escos .i.aquila auis

Cap.250.

E Sula latine: arab.scebran: gre. vo pinas vel peplus.

Sera. li.aggre.cap.scebran: auc. Dias.Scebran.i.esula: et ē planta habens stipitē extensuz in longitudīe vni⁹ brachij: habens multos nodos. et super ipsuz sunt folia parua subtilia: et acutarū extremitatū similia folijs pini. et habet flores paruos purpurei coloris et habet semen latum simile lenti: et radicē albam grossaz plenā lacte. et est plāta illa sīlis queadmo dum lacticinium quod cyparissos dicitur. reperi tur aūt hec planta aliquibus locis magis. Et idez auc. Gal. et putant aliqui q hec sit ex specieb⁹ la cticiniorum: eo q habet lac sicut ipsa habet: et laxat sicut ipsa: et virtus eius est in proprietatibus sicut virtus eorum. Dias. cap.pinas ſm translationē no stram. pinas aūt ellenia simil est cyparisso et titimallo: vnde et ī numero titimal li ponitur. bastas habet in longitudine nodosas et folia acuta et tenuia similia pini: flores longos et purpureos: semen latum sicut lenticula. radix est illi alba et lachrymo plena. Paulus capit. de esula. Esula calida est et sicca in 3° gradu. Io.mes. Alscebran est ex specieb⁹ lacticiniorum: et est solutiuū rusticorum. et est ei⁹ aliud ni grum habens radices rotūdas et grossas spissi cor ticis et densi ponderosi. et aliud est paruū habens radices subtiles tenuiuz corticuz. Electio: magnū est malum scindens viscera: paruū vo est illud qd eligitur. et melior pars plante eius est cortex radi cis ipsius: et lac eius acutius et fortius. et melior ra dix eius est habens ꝓprietates quinq. s. cuius cor tex est subtilior et lenior facile frangibilis: et est ha bens de rubedine aliquid sicut cassia ꝓprie super quam preterijt medietas anni. recens vo mensis sui ē mala: nigra vo perniciosa: et orta in locis ther marum similiter. et melius tempus collectionis ra dicis eius est principium veris et lactis eius finis ipsius. est ca. cōplexiōis et sic. in prin. tertij. et lac ei⁹ est calidius. et est cōpositū ex substantia ignea acu ta et subtili: et ex substantia terrea stiptica. et est in cisiuum et subtiliatiuum et exsiccatiuum materiarum submersarū: liquefactiuum: disruptiuum orificio rum venaruz. rectificatio nocet cordi epati ac sto macho. et disrumpit venas. et excoriat viscera. et de relinquit inflāmationes faciētes cadere in febres Et emēdatur primū nocumentum qd ex eo time tur permiscendo aliqua ex medicinis cordialibus et stomaticis et epaticis cū eo. Et z^m et 3^m corrigit acquirendo ei bonitatē cum rebus glutinatiuis et coadunantibus confortantibus: sicut est dragan tum et gūmi et bdellium et musillago psilij et suc cus portulace et similia. Et quartuz nocumētū tol litur permiscendo ei ex rebus infrigidantib⁹ et ex tinguentibus aliquas ex his facientibus apd me est vt infundatur in succo altaraxacon: aut in suc co endiuie et pauco: aut in succo portulace: et sola tri: et aceto: et si fuerit acetum decoctionis aut infu sionis citoniorum erit melius. mirrha q3 sigillat ei bonitates notas: et absinthium similiter et aloe. Et dixit iudeus infundatur in lacte dulci aut acetoso et in eo remoueatur lac multotiēs et exsiccetur: re primitur enim sua malicia. Et dicit Rufus si solu tio per eum superat laboriosa sedeat in aqua frigi da solutus. mihi. n. videtur verbum inconueniens circūdans enim frigidum īcludit et coadunat vir tutem medicine et corroborat eam: necnon et mate rias et vias impulsionū repellit: sicut te scire feci mus. succurrendum ergo tunc sicut in canone di ximus. Confectio pillularū conferentium ad hy dropisiz: accipiūtur eius preparati partes. iij. my rabolanorum citrinorum partes. iiij. aloes partes qnq confice cum succo feniculi aut absinthij: aut endi uie. et est dosis earum a.3.i.5. vsq ad. iij. et quidam ex lacte eius et farina oblatas faciunt et soluūt cuz eis. et quidam faciunt cum aneto et zucaro et lacte ipsius. et quidam cū carne citoniorum et mastice et la cte eius et faciunt so lutiuum bonum. Posse. Dias.

ʒ.ij.radicis eius accepte cholerā: et phlegma depo nunt. succus eius obulo vno acceptus: aut cocliariū vnum omnia simi liter facere potest **Sera.** quoqꝫ auct. Dias. si de radice eius accipiatur. ʒ.i. et bibatur cum melicrato. laxat ventrē. et pond' duorū onolasat foliorū eius idem facit. et semen eius si de eo accipiatur laxat choloram et phlegma. et si sumatur ex lacte ei'. ʒ.i. idem facit. Et idem auct. aben mesuai: Scebran ꝓprietas ē sicut mezeron. si aūt quis vult illuz accipere preparet ipm sicut preparatur mezereon: nisi ꝙ loco absinthij ponantur rose et dragantum: et bibat ipsum cum aqua mellis aut cū rob: aut cum decoctione mellis: aut cum olere iameno. et dosis eius est ab vno kirat vsqꝫ ad. ij. Paulus: scebran laxat aquaz citrinam quando bibitur cum sanich. et idem aucto. Aben mesuai: laxat melancoliam et phlegma. Et idem ꝑm librum quendam venenosoruz id quod de ipso occidit est pondus. ʒ.ij. et abscindit fluxum qui accidit ab eo sedere in aqua frigida et proijcē ipsum super caput eius. Et idem aucto. Abix: scebran est calida ī tertio gradu: et sic. in prin. secūdi et est in eo cum hoc stipticitas et acuitas: ita ꝙ qū aliquis sumit de eo in potu inuenit ex eo stipticitatem in gutture suo. et antiqui utebantur eo: et inuenerunt in operationibus eius nocumentum habentibus cōplexionem ca. et ꝙ inducit potanti sefe. et cum hoc est malum habentibus emoroidas ani. et inducit fluxum sanguinis earum: quia vene ille de nā sua sunt fluxibiles. cuz ģ sentiūt siccitatē scebran et caliditatem facit eas tumescere plus et fluere: quia scebran operatur duabus qualitatib' quas diximus: et etiam ꝓpter fluxibilitatem. et ille medicine que laxant cum stipticitate et acuitate sicut scebran et mezereon faciunt hoc. sed operatio rerum stipticarum que stringunt naturam: sicut sunt glandes et castanee: et grana passularuz: et cortex granati: et similia istis ex medicinis stipticis ē operatio contraria operationi scebran: et mezereon: quare ipse stringunt ventrem: et stringunt illas venas: et abscindunt fluxum sanguinis ab eis. et scebran quidem quando rectificatur innamēto magno. et habet ꝓprietatem laxandi aquam citrinaz et confert in colica et melācolia. et laxat phlegma grossum existens in iuncturis. et meli' ex eo est cuius color est rubeus leue: habens cortices subtiles illud autem quod non est ita: sed est grossuz et nō est rubeum: nisi parū: quando vis ipsum frangere et non frangitur cito ꝓpter suam grossiciem: et hꝫ in eo quid simile filis est deterius. sed scebran qđ est perside deterius est alijs. et rectificatio eius est vt tu recipias ex ipso q̄titatem quam volueris et infundas in lacte ibi dimittendo die ac nocte: et caue ne plus dimittas: etenim debilitatur eius operatio ad expellendum chimos grossos: et oportet vt tu mutes lac in die illa et nocte bis aut ter: quia sic expoliatur a stipticitate et siccitate que est in eo et si vis admiscere cum alijs medicinis admisce cum his que conueniunt sibi sicut anisum maratrū et cyminum: et turbit: et myrabolani: quia ille medicine et si sint stiptice in sapore earum: nō tamen sunt ita acute sicut scebran: quia in eis est cōplexio que iuuat corpus plusqꝫ scebran: et iste subtiliant ipsum: et auferunt acuitatem eius. et quādo tu vis cum ipso curare colicam a ventositate grossa: aut phlegmate: aut ab opilatione: rectifices ipsū cum bdellio et serapino: et armoniaco: et fac cū his pillulas: et pone cū eis parum de stercore lupi qđ reperitur super terram album sicut cerusa: aut sicut lapis albus. et si vis ipsum extrahere de lacte et siccare infunde ipsum postea in succo endiuie et feniculi et solatri clarificato stando illic tribus diebus et tribus noctibus: deinde siccent' et fiāt inde trocisci et ꝑparent' cū modico sale indi: et turbit: et myrabolanoꝝ: et aloe: naz inde eueniet medicina multuz iuuatiua. in lacte vō scebran non ē aliqua bonitas: imo nocet ei qui accipit ipsum. et medici viatores occidunt cum eo multos propter ignorantiam ipsorum. et ego quesiui ab aliquibus eoꝝ que erat illa medicina quam dabant in potu: et sciui ꝙ erat scebran lac cum oleo sisamino et laxabant aliquos vsqꝫ ad mortem. et ex eis sunt aliqui qui accipiunt myrabolanos: et ponunt ipsos in coloquintida humida et extrahentes eos ab illa ponunt in alia: deinde vnum myrabolanum tm̄ dant in potu: et laxat donec occidat. et iste quidem medicine sunt sicut ignis: quare non debent nominari medicine: sed venena. et quidam ex eis sunt qui dant in potu karsati: et est in eo de medicina destructiua cōplexionis: et motiua doloris epatis et opilationis ipsius res quam impossibile est estimari. et quidam in potu dant de arthanita qua lauatur lana: et est prope maliciam karsatim: et de althit: et est herba que nascitur super flumīa. et lignū eius est rubeum. et folia eius videntur purpurea: q̄ quando inciduntur egreditur lac ex eis sicut ex scebran. et dosis scebran quando rectificatur sicut diximus cuz alijs medicinis est a danich. i. vsqꝫ ad .ij. ꝑm **Jo. mes.** Solutōe educit phlegma vtutē. vehementer et aquam citrinam: et humores melācolicos et materias a iuncturis: et confert dolori earū. est ex medicinis magnis hydropisis. verum nocet stomacho et epati et desiccat corpus vtentis ipso. et consumit sperma et lac eius facit hoc vehementius. et facit cadere in febres. dosis corticis radicis eius est a kirat. ij. vsqꝫ ad. iij. et eius lactis a kirat. i. vsqꝫ ad. iij. Sed sciēdū ꝙ esula oritur in locis calidis et siccis: cui' magnā copiam vidi sardinie et tunisi. et similatur multum herbe dicte lunarie: nisi quia esula lactescit: lunaria vero non. vnde vsus. Esula lactescit sine lacte lunaria crescit.

Escuthe — est pōdus. ʒ.ij.

Escula — .i. cibationes

Escunban. i. aromata frigida: vt sandalū rose ꝛc.

Etaltidos. i. fuligo appendens trabibus et parietibus ex fumo facta

Ethalodes — .i. fumosum

Ethaps. i. calidum pharmacum: et est tapsia ꝑm veritatem

Ethereogeneum.i.diuersarum naturarũ.et omo geneum.i.vnius nature
Enthendiuia .i.endiuia
Etercotraria est dolor capitis dispar: puta quando in altero temporum.s.dextro vel sinistro fortior fuerit
Ether .i.aer
Ethiopis radix et folia sũt phlebotomo sil'ia mag et multa hirsuta ad radicem caulem quadrangulum scabrum similem artio multis concauũ alijs semen herbo simile candidum:radices numerosas longas plenas molle glutinosas:gustum siccantes: crescũtq; vt cornua possunt videri.preterea in ethiopia nascitur:et in india monte troadis.et i messina colliguntur autumno:et siccantur in sole aliquot diebus ne estum sentiat etc.et est bardana. Plinius cap.ethiopis
Etiopis idem
Ethiops idem
Etidum nomen est ponderis
Ethida .i.merulus auis
Ethion .i.personatia
Etropus est passio palpebre aut pter cicatricem aut pter crescentem carnem.conuersio.i.inuersatio:nam tropos grece conuersio
Etropis idem
Euanacotum vinum.i.bene nutribile:ab eu quod est bene et andosis.i.redditio
Euennus .i.eruca
Euecticum .i.summe sanum
Euentat .i.apit et resoluit
Euexia .i.bona habitudo
Euenum .i.ebenum
Euellere .i.trahere
Euers .i.dora
Euelan quid est.l.l.sandanich
Euiscus quid est.l.l.althea
Euistidos .i.hypoquistidos
Euiuestidis .i.herba hircina
Euolatio .i.aperitio.
Euodestera .i.odorifera
Euonia .i.almea
Euulsiuua .i.attractiua
Euulgimaria .i.saponaria
Euulsac .i.ceterac
Exacumetra.i.resilitio ossis:sed acrimata est quedam vicium in capite
Exagoras .i.in tumore positus
Exarchimata sunt dislocationes cõplete
Exacanton sm Dias.ca.de licio:est arbor de qua fit licium que latine dicitur caprifolium
Exagium est nomen ponderis: et est idem quod aureus: et est sexta pars.ʒ.et est .ʒ.i.s. sm q.ʒ. est nona pars.ʒ.de qua fit mentio in.ʒ. nunc vtimur .ʒ.pro octaua parte.ʒ.
Exafilo .i.linio
Exantimata Alexander ca.de psidracia et ex antimatibus.exantimata est in sũma cute vlceratio vel eleuatio subrubea et aspera similis his pustul' que ex vrtica vl' sudore nascuntur.hanc Theodorus priscianus scabiem vlcerosam maxime faciei esse dixit.Liber de doctrina greca. aliqui dicunt q sunt pustule rubee que fiunt in lingua.aliqui dicunt q est pustula rubea:nam exantis.i.rubedo.et illud vocabulum inuenies in littera bedonig:et in littera cui.sed prima expositio e melior.et ipse pustule nostro ideomate vocãtur vergines
Extabadri quid est.l.l.estabari
Exerantica sunt exsiccatiua.Diasco.cap. de aloe et in psalterio vbi nos habemus aruit cor meum greci habent exianthi cardiamu
Extenuatorium .i.resolutiuum
Exea .i.fructus sorbi
Exis.i.habitudo consuetudo:inde enexia:de qua supra in.l.enexia
Eximach.i.vt exuberet velamẽ ad exteriora et apostemetur et impinguetur et inflet sicut furan
Exiture .i.empetigines
Exirimi est quoddam semen granificum quod ignoro
Exocades .i.emoroide
Excorion medicamen.i.excoriatiuum
Exuro .i.mingo
Exupera matricalis .i.herbena
Exugentes .i.mansentes
Exturban quid est.l.l.esturban
Ezaze .i.licium
Ezaize idem
Ezarbion .i.lolium
Ezabroc .i.satyrion
Ezebe .i.diptamus
Ezel haasce est planta que dicitur vitis alba
Ezesseassen idem
Ezehes.i. nomen corde instrumenti grauem reddentis sonum
Ezelinge fit de farina i aqua et melle et oleo frixa
Ezeberule idem
Ezereascen .i.vitis alba
Ezedari .i.zinzibe
Ezie sunt pisces
Eziar .i.trifolium
Ezimarion .i.tapsia

Sequitur de F.

Fauten .i.mentastrum
Faucen est spẽs cãphore
Faudengi .i.boiobor
Fautencgũ fluuiale.i.mentastrũ
Fauderug .i.pulegium
Fauseeman .i.faseolus
Faudebenigi ara.origanũ vl' pulegiũ :qd magis videt' ex nomine:sunt tñ ambo eiusdẽ generis sicut patet per Serapi.verum faudebenigi aquaticum vel fluuiale vocat mentastrum.

Cap.251.

Fausel id est auellana inda:et similatur sine e simillima nuci muscate:nisi quia pars vna est aliq'

liter acutior. ꝛ alia ē plāta ita ꝙ possit stare recte sicut calculus: qui in ludo dicitur pedes. in ceteri intus ꝛ extra nuci muscate similis est sine odore ꝛ sine sapore. nascitur inclusa in quadam lanugine simili folliculo serici. multotiens defertur inter alias species: maxime cum cinnamomo a casu. ꝛ ego vidi ipsum in suo folliculo. est stipticum ualde: ꝛ equiparatur sanda lis in frigiditate. **Sera.** li. aggre. cap. faufel. Faufel. i. auellana inda: est eniȝ arbor faufel sicut arbor neregil ꝛ emittit cannulas in quibus nascitur faufel sicut dactili. ꝛ ista arbor non ē iterris arabum. Et idē auc Isaac benarā. Faufel est auellana indica: ꝛ est fructus similis nuci muscate in q̄ntitate ꝛ colore suo. ꝛ sunt in ea ruge. ꝛ in sapore eius est parū caliditatis cū pauca amaritudine. ꝛ defertur ex sim ꝛ est frigida: ꝛ fortiter stiptica. **Pos. Sera.** Fortificat mēbra. ꝛ virtus eius est sicut virtus sandali rubei. ꝛ confert apostematibus calidis: que quando non inuenitur ponitur pro eo ex sandolo rubeo: ꝛ medietas ponderis ex coriandro recenti. est enim fortiter stipticum. ꝛ fortificat mēbra. ꝛ est bonum doloribus dentium: confirmat dentes cōmotos ꝛ gingiuas sua stipticitate. ꝛ reprimit caliditatem oculi quando fit ex eo cohol aut emplastrum.

Fanina vel fania .i. pionia

Fabaria est quedam herba que dicitur faba īuersa: pro qua. l. l. faba inuersa

Faba fresa .i. faba fracta

Faba siliqua est fructus quidam quem nos vocamus baginellam

Faba hortensis .i. faba vsualis

Faba syriaca .i. faba greca

Faba alexandrina ꝫm Io. Sera. est nomen ponderis ponderās sumenet tres: ꝛ sunt grana. xxxvi.

Cap. 252.

Faba egyptiaca

est legumen nostre fabe simile: sed sed Gal. libro secundo de alimentis cap. de faba egyptiaca. non est lupinus vt putauerunt aliqui: nam facit ibidem aliud capit. de lupinis. sed apud Auicen. libro secundo de faba egyptiaca: que ꝛ faba syriaca dicit᷑. vnde Auicen. vocat eam fabam syriacā: quoniam de ipsa multū nascit᷑ in syria. sed vera faba syriaca ē faba greca sed faba egyptiaca apud Io. Sera. est pōdus pōderans sumenet quatuor ꝫm arabes: ꝛ sunt oboli quatuor: ꝛ sunt grana. 48. **Dias.** capitu. de faba egyptiaca. fabam egyptiacā multi poleticon appellant. in egypto nascitur ꝛ in asia: ꝛ in sicilia: ꝛ in stagnis nascitur: folia habens altitudinem ꝛ latitudinem habentia: florem ferēs croceum: que si multum floruerit perduntur folia. flos est in medio ipsius vbi est rotunditas quedam vbi silique ipse nascuntur. flores ipsi cinoria dicuntur ea ratione qua fferauolos dicuntur: qa hec est illis consuetudo ex argilla faciunt fferas: ꝛ ibi includunt ipsum semen: ꝛ sic ponūt vt nascat᷑ radix est grossior q̄ȝ canne. cocta ꝛ cruda manducatur: que ꝛ collocassia appellatur: a quibusdam calcasia quod idem est: ꝛ ideo ad eius inuestigationem quere in. l. culcasia. semen eius comeditur siccum: ꝛ viride. color niger ē ꝛ maior q̄ȝ nr̄a faba **Pos. Auic.** Si fiat ex ea gargarism᷒ cum lacte ꝛ sale contra egritudines spiritualium confert: ꝛ est cib᷒ i egypto. ꝛ solutiōe educit aquam citrinam: ꝛ proprie semen eius. ꝛ succus ipsius ꝛ prouocat vrinam: ꝛ generat sperma. ꝛ expellit choleram ꝛ aquositatem eius cum facilitate. ꝛ potus ipsius fit ab vna tertia libre vsq; ad duas tertias

Faba greca est nomen pōderis apud Auicen. ꝛ Io. Serap. ꝛ est sumenet duo. i. oboli duo: ꝛ sunt grana. xxiiij: nam obulus ponderat grana. xij.

Faba greca que apud nos vocatur syriaca: ꝛ alio nomine vocatur granum anescē: fructus est cuiusdam arboris magne similis iunipero: sed masculus: dulcis saporis: intus habens nucleum durum cuius arbor ꝫm Plinium in proprio cap. vocatur lothos a grecis: apud arabes vocatur anesten. **Dias.** cap. de agrifolio. vocat ipsum agrifolium: vt apparet in. l. agrifoliuȝ in cap. lothos. vocat ipsuȝ lothos. Isidorus: faba syriaca dicitur arbor magna fructum ferens maiorem pipere comestibilem: gustu suauē: inde ꝛ mella vocatur: sed nostro ideomate vocatur cicerasolo pro quo. l. l. granum anesten: ꝛ litteram agrifoliū.

Faba lupina latine grece marisilium. Marisiliū est planta simillima elleboro nigro: folia tñ molliora eo: ꝛ omnia diuisa. elleborus vero sementa aliqua habet: ꝛ hoc marisilium vocatur. semen eius durum coloris ȝafrani. aqua decoctionis eius valet᷑ contra rosulas: ꝛ dicitur ꝙ interficit mures

Faba inuersa latine: grece mentastrum: ꝛ romani vocant eam fabariam: ꝛ est herba cuius folia sūt sicut folia alkekengi: stipes ei᷒ longitudis cubiti vnius aut duoꝝ aut plus: semen eius viride tēdēs ad nigredinē magnitudinis fabec ōmuis: habēs q̄si effigiem in medio sicut faseolus

Faba vsualis quid est. l. l. bakille

Facalia dicuntur quedam vlcera existentia ī cōiunctiua oculi

Facalesis est bothormarien

Facaliesus idem Facaminos idem

Facera .i. dragantum

Facelizans. i. patiens apostema in substantia cerebri: quia corrumpit omnes virtutes eius: vt Gal. vii. particula āphoꝝ: ꝛ scdo de iteroribus: ꝛ p̄mo de accidēti: ꝛ morbo. Face Dias. cap. face frutex ē minor: locis humidis nascēs: similis lenticule: folia tenera: ꝛ oblonga cū folliculis: semē simile lenticulis: in vno folliculo duo aut tria grana habēs nigra minora lenticula

Facsenus .i. arbor marien

Facos. i. lēticula Fachos idem

Facolien .i. polium

Facoes herba. i. agruli: ꝛ sunt fenationes

Facus. i. lēticula: ꝛ facus ē vna ex maculis faciei

Saculium .i.amomum
Sagora .i.semen canapis
Sagas .i.centaurea minor

cap.253.

Fagasmon Dias.

capit.fagasmon. Sagasmon quã multi apparine dixerunt:est planta quam vocant sanction:⁊ est xifion:⁊ est gladiolus segetalis folia habet iridi similia:sed minora:⁊ angusta:⁊ acuta sicut matheta.⁊ hastã h3 asperã ⁊ cubitalẽ cũ floribus purpereis. radices sunt illi due puule et rotunde:vnam habẽs super terram positam sicut bulbi minores.Altera est de subtus tenuis:⁊ sup grossior.nascitur locis cultis.superior maior est:⁊ acrioris virtutis **Posse. Dia.** Cataplasmati bº adhibita pustulas:⁊ tumores corporis tollit. medicaminibus mixta:⁊ supposita mẽstruis ĩperat.cũ vino bibita venerẽ stimulat. Itẽ cataplasmati ĩposita cũ vino atq3 thure sagittas vel stirpes educit. soluit etia3 ĩguinu3 collectionem.radix vero inferior accepta infantiũ interrocellicos medetur .de eo inuenies simili.fi.l.l.lilium

Sagedenica.i.vlcera que serpunt comedẽdo.Diasco.cap.dragontea.⁊ cap.de alumine.nam grece fagin.i.comedere.
Sadenica idem
Sagelis .i.rhaphanus
Sagin .i.comedere
Sagitide sunt vene que sunt in carnositate faciei iuxta extremitates faciei ⁊ oris
Sagotide vene sunt iuxta fauces intra os q̃ phlebotomantur uice venarũ que sunt sub lingua
Sagon apud Dias.dicitur saluia que ab eo elilis fagus dicitur cap.de elilissago
Sagnon idem
Sagus agria.i.lenticula siluatica:⁊ ẽ lentigo aque
Sagus centaurea minor .i.centaurea minor
Saki .i.lentes
Sakies idem
Sakiamos .i.almea
Salangemicb.i.ozimum gariofilatum
Salangios siue falangion siue falangitis **Dias.** cap. falargios.vgas habet duas aut tres aut plures:⁊ flores albos similes lilio cum multa diuisura.semen est illi nigru3 ⁊ grossum sicut lenticula.radicem habet tenuem minutam ⁊ viridem.postq3 de terra tractum fuerit alterum colorem facit.nascitur locis cultis.
Pos. Dias. Huius folia ⁊ radices ⁊ semen ⁊ flores cum vino bibita ictus scorpionis mitigat. ⁊ morsibus venenatis occurrit.
Salangion idem
Salangia mischi idem
Salangion carfon .i.musca venenosa
Salcalbaileb arabice:latine vero spoliũ serpẽtis **Sera.** li.ag.ca.falchalbaibeb.auc. Diasco. Spolium serpentis quando coquit cum vino ⁊ distillatur ex eo in aurẽ cõfert ei multum.⁊ quando colluitur os cum vino illo confert dolori dentiũ.⁊ iam admiscet quide3 ipsum medicinis oculo℞ ꝓprie id qđ fuerit ex masculis. similiter facit dolori dentium si buliat cum aceto ⁊ colluatur inde os.
Salfanuen quid est.l.l.falsel

Cap.254.

Falernium

vel falernu3 vinũ vocatum a falerna regione italie:que est prope neapolim.vnde Papias Neapolis oppidu3 ꝓpe falernum vbi optima vina nascuntur ⁊c.⁊ tale vinum vocatur similiter albanum. est eni3 tale vinum in principio subdulce:⁊ cum veterauerit austerum maxime efficitur.⁊ vue similiter a quibus tale vinũ exprimitur accipiunt denominationem ab illa regione:⁊ vocantur vue falerne:quia de eis est copia in regione falerna. **Dias.** capit.quod incipit vinum album. põt illud vinum dici vinũ albanum:⁊ dicit q3 est fortius falerno:⁊ gustu subdulce:in principio ventre3 ⁊ stomachum inflans ventrem mollit.digestionibus est inutile.⁊ omnibus neruis contrariũ ⁊ maxime capiti:quod cũ inueterauerit austerũ valde efficitur.vnde vinum italũ qđ falernũ dicitur vtilius est:maxime vetus digestibile est:pulsum incitans.ventrem abstinet.eustomachũ est.vesice contrarium.caliginẽ oculis inducit.multum bibitum totum corpus ledere potest.

Cap.255.

Falsel

ara.gre.⁊ lati.piper. **Sera** libro agg. cap.falsel auc.Dias.Salfel.i.piper:⁊ ẽ arbor nascens in regionibus indie. habet semen quod sui ortu est longum simile faseol ⁊ elongatur in forma sua:⁊ est macropiper.⁊ ĩtra ipsum sunt grana parua similia gergues:que quãdo maturantur fit piper:⁊ hoc quia separatur ⁊ fit sicut racemus:in quibus sũt grana parua:⁊ sũt grana piperis.⁊ quando colligitur pfecte matu℞ est piper nigrum.sed quando colligitur ante maturationẽ est piper album:nam color eius est albº ⁊ non recipit in colore suo nigredinem anteq3 maturatur.⁊ radix huius arboris est similis costo.eligendum est aũt ex nigro quod est nouum in quo non est res similis furfuri graue ⁊ plenum.sed album melius est illud quod non est rugosu3. albũ ⁊ graue ⁊ longum est eligendũ illud quod quãdo frangitur apparet densum:habens grana que sũt intra ipsum inuicem iuncta:⁊ acuti saporis:mordicans linguam cũ calefactione.radix arboris huiº vocatur fallanuen:⁊ similis costo est.defertur ad nos ex terra indie. **Hal.** viii.sim.pbar.cap. piperis ꝯ3 translationẽ nostram.piper ⁊ radix costo maxime ꝯm virtute3 similatur.fructº vero eius qui quodãmodo germinat est piper lõgum:vnde ⁊ humidius existit maturo.signum aũt est humiditatis eius:q3 faciliter cum imponitur perforatur:⁊ qđ non confestim mordet sed paula

tim incipit:permanet vero multum.qui vero q̃si prematurus fructus albũ piper est acrius existẽs nigro:id enim quasi superassatum est.vtraq; aũt sufficienter calefa- ciunt ⁊ siccant. **Gal.** eodez li.⁊ cap. ƀz trãslationẽ arabicã. Sapor piperis est acutus.⁊ illud qδ non maturũ est piper albũ est.⁊ ipsum est acutius nigro:⁊ magis pungens linguã:⁊ hoc est quia nigrũ ꝑpterea q꞉ maturatur accidit q̄ non recipiat adustionẽ:⁊ desiccationem fortem:quia minuitur acuitas illa que quidem remanet in albo.iste tñ due species sunt desiccatiue ⁊ celefactiue fortiter.⁊ fructus quidez eius quando incipit esse est piper longum.⁊ ꝑpt boc accidit q̄ piper longum est humidius alio pipere.⁊ signum super hoc est q̄ quando elongat tempus super ipsum corroditur ⁊ pforat: etiam quãdo teritur non inuenit tritor in principio sue contritionis punctionẽ multã.⁊ qñ incipit mordicare non apparet mordicatio eius multa anteq̃ȝ gustetur.deinde remanet mordicatio eius tempore non paruo.sed piper albũ est melius stomacho alijs duabus speciebus. **Dias.** cap.de pipere scδm trãslationẽ nostrã.piper arbor est in india nascens in latere mõtis caucasi qδ soli obuersum est:foliũ habens in similitudinem iuniperi:cuius siluas serpentes custodiunt:sed incole regionis eius cũ maturũ fuerit incendunt: ⁊ serpentes fugantur igne:⁊ ex flãma piper rugosũ efficitur.Piperis aũt diuersus est fructus.naȝ qui prius nascitur fructus oblongus ⁊ obrotundꝰ apparet.⁊ cum fractũ fuerit inueniuntur infra illud grana in sinapis modum: est aũt humide nature qδ aũt ꝑmaturũ non fit:⁊ album colligitur piper albũ dicitur.nascitur etiã aliud in moduz botri:⁊ piper albũ nominatur:quod nõ coctũ:sed crudũ colligitur.⁊ illud maxime sui fortitudine in collyriacas virtutes intrat.⁊ tyriacis antidotis miscet maturatũ vero nigrũ factum piper nigrum dicimus.eligimus aũt piper longũ:quod cũ frangit strictissime granula sua coniuncta habet ⁊ coherẽtia veluti medulla gustu viscida mordens ⁊ calefaciens album dictũ qδ sine rugis sit calidissimũ ⁊ graue.nigrum vero piper viscidius ẽ albo. Eligẽdum est aũt piper integrũ ⁊ graue:plenum:⁊ non marcidum.piper valet ad educendũ lumbricũ latum qui vocatur solea administratũ:vt apparet ĩ littera burnã **Posse. Sera.** Radix piperis confert colice ⁊ doloribus frigidis.est ca.⁊ sic. est bona colice ⁊ ventositatibus:⁊ alijs doloribus frigidis.⁊ est similis costo ƀm virtutem.⁊ piper nigruz acutiꝰ est albo.⁊ album est debilius eo.⁊ virtus piperis est calefactiua:attractiua cibi:⁊ ꝑuocatiua vrine: resolutiua:⁊ abstersiua obscuritatis visus.⁊ quando sumitur in potu aut fit inunctio cuz eo:aut miscetur in aliquo vnguento confert rigoribus febriuz periodicarum.⁊ cõfert morsibus venenosis.⁊ expellit fetum:⁊ potissime si ĩ potu sumatur:vel assidue comedatur.⁊ quando fit nascale cũ eo post coitũ prohibet impregnationem.⁊ hoc similiter facit assidue comestum:nam iter prestat genitale.⁊ administratur in lohoc ⁊ syrupis qui sunt conueniẽtes tussi:⁊ doloribus pectoris.⁊ fit linitio cuz eo ⁊ melle ⁊ confert squinantie.⁊ quando sumitur in potu maxime cum granis lauri:aut folijs eius confert tortionibus ventris.⁊ quando masticatur cũ stafixagria ⁊ cum passulis facit descendere phlegma ex capite:⁊ ipsum sedat dolorem.⁊ confortat vĩtutem digestiuam.⁊ ingreditur in confectionibꝰ specierum quibus vtuntur sani in condimentis ciborum ad prouocandum appetitũ.⁊ quando miscet cum pice resoluit scrofulas.⁊ quando miscet cuz nitro abstergit morpheam.⁊ non est radix piperis ȝinȝiber sicut putauerunt quidam:ĩmo radix eius est similis costo:que quidem calefacit ⁊ mordicat linguam.⁊ attrahit humiditatem ad os quando miscetur cum aceto.⁊ linimentum cũ eo resoluit apostemata splenis.⁊ si sumitur facit idem.⁊ quãdo masticatur cum stafixagria attrahit phlegma ⁊ est multorum iuuamentorum. Et idẽ auct.mesuai. Proprietas piperis est q̄ prohibet impregnationem:⁊ maxime quando sumit post coitum.⁊ prohibet tortiones ⁊ ventositates que fiunt in stomacho ⁊ intestinis.⁊ exsiccat phlegma viscosum qδ aggregat in pectore ⁊ pulmone ⁊ intestinis.⁊ digerit cibum.⁊ nocet febricitantibus. ⁊ siquis vtit multum pipere prouocat vrinaz.⁊ si vtatur eo parum prouocat ventrem.scamonea est contraria ĩ hoc:⁊ facit hominem macrefieri. ⁊ deficcat sperma.⁊ in pipere albo cum acuitate sua est humiditas que auget in spermate. ⁊ mundificat epar: ⁊ ventrem:⁊ pulmonẽ:⁊ stomachum.⁊ confert morsibus venenosis.⁊ calefacit neruos:⁊ musculos:⁊ plus omni alia re. Paulus cap.de pipere. piper ẽ cali.in.4º. gra.⁊ sic. in.2º. Ubi sciendum ne aliqui erroris materia repleãtur:ꝑpterea quia in presenti littera Sera.⁊ Dias.videntur cum Gal.nõ modicum discrepare dicentes q̄ piper nigrum acutius est albo. Gal.vero ait q̄ piper albũ acutius est nigro.⁊ ꝑpterea sicut ex verbis Dias.bene intuẽtibus est auide manifestum:piper album est duplicis generis. Est quoddam piper album quod fit quando grana minuta que fuerunt in pipere longo incipiunt ingrossari:⁊ vnum ab altero incipit separari:sed non factus est botrus vel racemus.⁊ aliud piper album quod fit cuz illa grana que fuerunt in predicto pipere albo ƀm debitam q̃titatẽ fuerint aucta ⁊ intra se totaliter separata: sicut q̃ sunt posita in quodam botro vel racemo: ⁊ sunt ꝓpinqua maturitati.primũ vero piper albuz quoniam sapit adhuc nãm piperis longi:q꞉ ei vicinatur:participat adhuc de eius humiditate:cuiꝰ gratia non est multuz acutum. piper aliud album:de quo diximus:quod est in medio inter maturitatẽ ⁊ principium generationis est satis acutum:quar cum remoueatur ⁊ elongetur a pipere longo nõ participat humiditatem eius:⁊ est acutius seipso cum venit ad maturitatẽ:ꝑpter quã amittit de eiꝰ acuitate.hoc idem videmus in fructibus acetosis que sunt in medio tpe acetosiores.hoc etiaȝ in se-

minibus est videndū.s.feniculis synapibus ꝛ cetera.ꝙ sunt acutiores ꝛ calidiores qui sūt in medio tempore ꝙ̃ qui sunt in extremo.sic ergo ad ꝓpositum:piper nigrū acutius est albo.s.albo quod ē in principio generationis:quia non habet multaꝫ acuitateꝫ ꝑpter hūiditatē quā participat:vt dictū est.ꝛ hunc respectum habuit Sera.ꝛ Dias.Et piper album acutius est nigro.piper album intellige quod est in medio tempore:quoniaꝫ cū nigrescit ꝛ maturatur amittit de eius acuitate.ꝛ ista fuit intentio Gal.cum dixit ꝙ piper album acuti⁹ est nigro.Sciendum insuper ꝙ in maiori q̃ntitate inueniretur de pipere albo:nisi qꝛ inficit ꝑpt ignē sed illud quod non contaminatur ab igne remanet albū ꝛ non rugosum:quod non potest esse nisi modice q̃ntitatis:qꝛ modicū ē illud quod ab igne impressionem non recipit.

Flagelsue	.i.ozimum
Faliel	.i.rhapharus
Falieli	idem quod supra
Falcios	.i.flos sambuci
Folosios	.i.mellissa
Falocos	ideꝫ est quod supra

Falcon grece falco auis rapax a falcatis ꝛ curuis vnguibus dicta

Famachest	.i.agnus castus
Famachost	idem quod supra
Famacolos	.i.faborola

Cap.256.

F Amechi ara.gre.fanech:vl' fenic:vel lapis de barchin:latine vo dicitur pumex.

Sera. libro aggre.cap.famechi.i.pumex:ꝛ ē lapis ꝺ barchin.i.lipari:oportet ꝙ eligatur ex eo multū foraminosus:durus:ꝛ frangibilis:leuis:albus:in quo non sunt lapides. ꝛ modus cōbustionis eius est ꝙ accipiatur ex eo q̃ntitas ꝛ pōatur in prunis:ꝛ quando fuerit ignit⁹ extrahatur ꝛ extīguatur in vino odorifero:ꝛ hoc fiat ter tertia vice quando extrahitur ab igne non extinguatur ī aliquo:sed dimittatur infrigidari per se postea teratur ꝛ reponatur. Dias. capit.pumex.eligend⁹ est leuis:fragilis:alb⁹ ꝛ sine lapide.cōburitur vo sic.mitte illum in carbonibus viuis q̃diu ignescat:ꝛ postea extrahens vino odorato extingue.secundo id fac simili modo.tertio calefactum extrahe ab igne tere ꝛ repone.virtus est ei stiptica:termantica:ꝛ purgatoria.

Posse. Dias. pumex oculoꝝ cicatrices lipidat ꝛ vulnera replet ꝛ consolidat:ꝛ aufert carnem supfluā oculorum.ꝛ quando teritur ꝛ fricantur inde dentes ꝛ abstergit eos.ꝛ administratur ad abradēdos pilos. Theophrastus ī ꝓprio cap.si miscetur antidotis dentifrigijs ꝛ smigmatibus abradit asperdinem:ꝛ leuigat ꝛ constringit:ꝛ coercet. Sera. Pumex habet v̄tutem stipticam: stringit enim gingiuas: ꝛ abstergit oculū ꝛ aufert maculam que est in eo.ꝛ replet vlcera: ꝛ consolidat ea.ꝛ aufert carnem superfluam que in eis est. ꝛ quando teritur ꝛ fricantur dentes abstergit eos ꝛ si mittatur in vas vini non permittit ipsum amplius bulire.Et idem auc.Gal.ingreditur in medicinis que abstergunt dentes quando non ē adustum:sed quando aduritur fit subtilior: nam acquirit ab igne reꝫ adustam calidam que aufertur ꝛ separatur ab ea qn̄ lauatur: ꝛ clarificat dentes ꝛ abstergit eos:ꝛ hoc facit ꝑpter sui asperitatem ꝛ facit fortasse hoc ꝑpter eius virtuteꝫ abstersiuā ꝛ ꝑpter hanc causam cornua quando aduruntur abstergunt dentes.

Familla pupille	.i.fūmitas
Familos	.i.vsnee
Familios	idem quod supra
Fanax	.i.panax
pter que in ipsis cadit rectificatio. faciunt eni3 cadere in opilationes: 7 ppie paratos. 7 quia facile adherent villis stomachi 7 partibus intestinoꝝ: 7 quia dimittunt corrugationes in ipsis: 7 nos emēdamus qđ timetur de eo qđ diximus primo ꝓhibentes penitus exhibitionē eoꝝ ipsis 7 omnib⁹ paratis cadere in opilationes. in non paratis miscenda sunt ea cū ipsis que opilationē fieri ꝓhibēt: sicut aliqua ex diureticis notis. 7 infusio eoꝝ in aq̄ casei remouet hoc nocumentū ab ipsis. 7 succ⁹ fumi terre facit similiter. Et similiter absinthiū: agaricus: 7 reubarbaꝝ: 7 spica: 7 similia. 7 emēdam⁹ qđ potest peruenire ex eo qđ diximus in secūdo 7 tertio miscendo cū eis que remouēt ab ipsis adherentie intensionē: 7 acquirunt eis lenitatē: sicut si fricētur cū oleo amigdalaꝝ dulciū: aut cū oleo rosaꝝ: aut cū oleo violaꝝ: aut sisamino: aut salte3 conterantur cū eis amigdale dulces. passule quoq3 7 mel eaꝝ lenificant eos 7 confortant operationē eoꝝ: 7 sunt ꝓprie iuuatiui cū eis. similiter acquirit eis cassiafist. viole condite tereniabin tamarindi 7 similia. Quidam dixerunt q̄ nō est bona permixtio eoꝝ cū medicina lubrificatiua 7 lenitiua: quoniā operationes eoꝝ in idipsum non concurrunt. 7 ego nō video illud imo remouetur ab eis per ipsam adherentia 7 corrugatio: 7 acquiritur solutio facilis. Et scito q̄ decoctō acquirit eis vehementiorē operationē q̄3 sola īfusio. 7 infusio minus facit eos esse opilatiuos q̄3 coctio. 7 assatio minorat de solutione faciens ipsos constipantes plus: 7 adhuc magis combustio. Et contriti q̄dem plus soluunt: 7 plus dimittunt vestigia constipationis in viјs. infusi vero minus faciunt illa 7 infusio quidem eoꝝ competit quando solum q̄ritur solutio. Et eoꝝ contritoꝝ exhibitio quando querit' constipationis impressio. 7 q̄to magis cōteruntur melius celebrabitur illud. Et kebuli quidem conditi minoris sunt solutionis 7 maioris cōfortationis membroꝝ nutricationis. 7 nō conditi faciunt contrariū. Modus condiendi kebulos est ille: accipe ex eis humidis si haberi possunt vl' humectatis secundū artē qua humectari possunt q̄3titatē quā volueris: 7 cū stilo punge eos vndiq3: 7 decoque eos in aqua cū facilitate vsq3 dum sufficit: post hoc dimitte eos per diem vnum super tabulam: 7 exprime aquā eoꝝ: 7 submerge eos ī aq̄ mellis per dies duos: dimitte tunc 7 coque' eos lento igne: 7 postq̄3 cocti fuerint reconde ī vase vitreo: 7 da post. vi. menses. Ars aute3 auxiliatur in humectando eos: infundātur in aqua plurima 7 exponantur radijs solis per dies. viij. deinde accipe vas magnū sicut doliū: vel saltem fiat fouea in terra in loco humido vbi inter multam arenā humidam disiunctim sepeliantur sepe ac sepe aquā desuper infundendo 7 innouando arenā de tertō in tertiū diem vsq3 dum tumescant 7 humectent' hic erit modus humectationis eoꝝ.

Posse. Sera. V⁹ citrinoꝝ est q̄ fortificant oculos 7 prohibēt cursum humoꝝ ad ipsos. 7 conferunt febel. 7 confortant stomachū 7 incoriant ipsum. 7 conferunt melancolie 7 cardiace. 7 clarificant' colorē. Uirt⁹ kebuloꝝ est q̄ conferunt ano 7 emoroidib⁹. 7 incoriant stomachū. 7 confortant eū 7 digerunt cibu3. desiccant humiditatē. leniunt naturā. conferūt vētositati emoroidarū. 7 conferūt melancolicis: maxime quando cū eis admiscentur species corroborant sensum 7 memoriā. 7 conferunt lepre 7 colice. 7 conferunt emoroidibus antiquis. 7 sedāt sodam 7 hydropisim. 7 inducunt nauseam 7 vomitum. Sed seni 7 indi vel nigri habent corticem subtilem nigrum. 7 cortex eorum vergit ad citrinitatem: qui quando condiuntur corroborant stomachum: 7 incoriant' eum incoriatione pauca. 7 non est in eis iuuamentum quantum in kebulis.

Io. mes. myrabolani sunt ex reb⁹ que faciunt vtētes se iuuenescere. 7 acquirunt eis colorem bonum: 7 bonitatem odoris oris 7 sudoris: 7 generant gaudiu3: 7 confortant cor 7 epar 7 stomachum. 7 conferunt tremori cordis. 7 mundificant stomachum. 7 conferunt emoroidibus. 7 extinguunt' inflammationem cholere. sed citrinorum operatio in hoc est precellens. ipsi enim solutione educunt eam. 7 conferunt complexiones ca. hn̄tibus. 7 eoꝝ fricatiōib⁹ cū aqua agreste 7 cum aqua rosaru3: aut succo feniculi abstergit oculum. Et aufert super caliditatem eius: 7 facto inde alcohol stringit lachrymas. 7 ꝯuenit mollificationi oculorum. 7 conferunt tertiane 7 febribus cholericis. Et contrite cum mastice sanant vlcera 7 desiccant ea. kebuli quoque solutione educunt phlegma 7 addunt in ratione. 7 clarificāt visum. 7 proprie conditi 7 mundificant stomachu3 7 confortant ipsum. 7 conferunt hydropisi 7 feb. antiquis. Nigri autem vel indi solutione educūt melancoliam 7 choleram adustam. 7 conferunt melancolie 7 tremori. 7 clarificant visum 7 colorem. 7 conferunt lepre 7 tristicie 7 quartane. Dosis potio citrinorum tritorum est a. ʒ. ij. vsque ad quinq3. 7 infusorum a. ʒ. quinq3 ad. ʒ. xx. Et potio kebulorum tritorum a. ʒ. iij. vsque ad. iiij. 7 infusorum a. ʒ. viij. vsque ad. xx. 7 indorum est' sicut kebulorum Bulcasim Eben Aben azarin libro qui dicitur seruitor. modus assandi 7 calliandi myrabolanos: oportet q̄ imbibas myrabolanos in aq̄ citoniorum: aut in succo agreste: aut in acetositate citri: aut in aqua vbi cocte sunt lentes: aut vbi coctum est lapacium acutum: deinde desicca eos bene: 7 madefac in oleo rosarum: vel oleo de lentisco: aut' oleo masticino: aut cum butiro: aut oleo oliue: deinde assa super patellam ferream vel terream: quam cum primo calefecisti 7 abstulisti ab igne caue ne aduratur 7 destruatur virtus eoru3. Similiter assantur semina que administrantur ī medicinis fluxus. Et modus assationis eorum est iste: Accipe patellam ferream: aut eneam: aut terream: aut lebetē cū lato orificio: 7 calefac bn̄: deinde aufer ab igne 7 statim suppone scias dū ipa est

calida antequã infrigidetur: ꝛ cõmisce ea semper donec videas assationem eorum completam ad voluntatem tuaȝ. ꝛ si non fuerit completa vna vice pone iterum: ꝛ fac vt prius. Et scias ꝙ nõ oportet omnia semina equaliter assare: quia sunt quedam que habent multam viscositatem que debẽt amplius assari sicut psilliuȝ: ꝛ caue ne cõburant.

Halieldras .i. stafixagria.
Helimach .i. pinpinella.
Halileg .i. halilig.
Halibium. i. planta q̃ vocat᷑ alibie: ꝛ est hyringiũ.
Halsia .i. abrotanum.
Haltich .i. asa.

Cap. 324.

Halzum arab. grece fobolia vel codea: latine limacia ł marnecia. codea ex ea ẽ terrena ꝛ marina: ꝛ sunt de genere ostracoꝝ. **Sera.** li. aggre. ca. halzuȝ i. limacie. ex limacijs qñ terunt᷑ cũ cortice suo est virtus exsiccatiua exsiccatione forti. ꝛ administrat᷑ in cura apostematũ difficilis resolutionis: q̃ sunt in cruribꝰ a cõquassatione vel ictu ꝛ exsiccant ea. Et qñ limacie adurunt᷑ cũ cortice suo desiccant desiccatione forti. Et est in eis calefactio ꝑpter adustionẽ. Et quãdo accipiuntur ex eaꝝ cinere. iiij. partes ꝛ gall᷑ viridibus due ꝛ piperis vna: ꝛ terunt᷑ oĩa fit medicina conferẽs vlceribus intestinoꝝ ꝛ vesice: qñ sũt putrida iuuamento maximo. Et oꝫ ꝙ teratur hec medicina contritione forti: ꝛ pulueriȝetur sup cibos eoꝝ: ꝛ detur ex ea similiter in potu cũ vino ꝛ aqua. ꝛ caro limaciaꝝ ꝛ testaꝝ eaꝝ conuenit vlceribus ꝛ morsui canis rabidi. Et caro limaciarum agrestiũ qñ teritur in mortario fit medicina que exsiccat membra omnia in quibus est humiditas multa. ꝛ ꝑpter hanc cãm conuenit hydropisi. sed humiditas limaciaꝝ qñ accipitur sola sine carnibus ꝛ miscetur cũ olibano aut mirrha: aut calce: aut cũ aliquo istoꝝ: aut cũ omnibus: ꝛ teruntur simul donec incorporentur: ꝛ fiant sicut mel fit hec medicĩa tenax glutinosa: que exsiccat apostemata mucillaginosa que sub auribus sunt exsiccatõe forti. ꝛ exsiccat ꝛ coherceat humores qui fluunt ad oculos qñ ponunt᷑ super tempora. Modus autẽ accipiendi aquã limaciarũ est ꝙ qñ perforat᷑ caro ipsaꝝ cũ stilo ferreo: ꝛ sint limacie recentes. accipitur nãq; humiditas ab eis: ꝛ colligit᷑ in vase.

Dias. ca. de limacijs. codee vel limacie terrene sunt bone stomacho: laxant ventrẽ. sed ille que sunt in fluminibus sunt pinguiores illis que adherent arboꝝ paruaꝝ ramis: que dicũtur salmi vel salumici siue salsitẽ. laxãt ventrẽ: ꝛ ꝓuocant vomitũ. ꝛ qñ ipsaꝝ teste comburunt᷑ calcem faciunt ꝛ adurunt: ꝛ abstergunt scabiẽ ꝛ morpheam. ꝛ aduruntur limacie cũ carnibus suis sicut sẽ ꝛ fit inde cohol: abstergunt cicatricẽ cornee oculi ꝛ curant vlcera oculi. ꝛ valent contra empetiginẽ ꝛ fit emplastruȝ ex eis crudis: sicut sunt super tumorẽ hydropicoꝝ: ꝛ minuit tumorẽ: nec sepãtur de loco donec diminuant humiditatem eius. ꝛ sedant apostemata podagre. Et qñ fit emplastrum cũ eis extrahit infixa corpori: ꝛ fragmenta ossiuȝ. ꝛ terunt᷑: ꝛ fit nascale cũ eis: ꝛ ꝓuocat menstrua. ꝛ fit emplastrũ vulneribus: ꝛ ꝓprie neruoꝝ cuȝ eis pistatis cũ carne sua: ꝛ maxĩe addito thure ꝛ mirrha mixtis ad inuicẽ: ꝛ congluctinat ea. ꝛ caro earũ curat vlcera. ꝛ terit᷑ ꝛ miscet᷑ cũ aceto: ꝛ strĩgit sanguinẽ nariũ. ꝛ elixant᷑ carnes limaciaꝝ recentiũ: ꝛ comedunt᷑: ꝛ sedant dolorẽ stomachi. ꝛ terũtur sicut exeunt de testis suis: ꝛ bibunt᷑ ex eis cuȝ vino: ꝛ cõferunt colice ꝛ dolori vesice. Et qñ accipit᷑ de viscositate que est sup carnẽ agrestiũ cum sũmitate acus: ꝛ ponit᷑ sup pilũ palpebre eius: cuius ortus nõ est rectus sicut decet cõgluctinat euȝ ꝛ rectificat. decenter possunt hec omnia limacie marine facere: sed minorẽ habẽt virtutem.

Halubub .i. mercurialis.
Halum .i. anisum.
Halcuen .i. cotula.
Halhubub .i. mercurialis.
Halhubul idem quod supra.
Hals .i. spelta.
Hal .i. acetum.
Hamem .i. columbus.
Hamanoib .i. rasa.
Hambar .i. ambra.
Hamesis. i. lapis in quo acuitur ferrum.
Hameacti .i. ebulus.
Hameien .i. amomum.

Cap. 325.

Hameb ara. vel hupuẽ phataha lep: grece strignũ vł cuculus vel morella: latine vero solatruȝ vel vua vulpis. **Sera.** li. aggre. ca. hameb auct. Dias. hameb. i. vua vulpis: ꝛ ẽ solatrũ. sunt eius quatuor species. vna comedit᷑: alie vero nõ. ȝ illa que comedit᷑ est domestica: ꝛ ẽ herba nõ magna habens plurimos ramos: ꝛ folia nigra silĩa folijs hedarog. i. ozimi: ȝ maiora ꝛ latiora. ꝛ hȝ semen rotundũ cuiꝰ color est viridis ꝛ niger: ȝ qñ maturat᷑ fit rubeus. ꝛ qñ frangit᷑ inuenitur in eo multa humiditas: ꝛ granula que sũt semina eius. Idẽ auc. Gal. virtus eius est frig. in secundo gradu ꝛ nõ est humida; ȝ est media inter medicinas que humectant: ꝛ que desiccant. ꝛ ipm est cõpositũ ex virtutibus cõtrarijs. s. humida ꝛ sicca. ꝛ hoc quia in eo sunt due substantie. s. terrea ꝛ aquosa. est aliõ solatrũ qð dicit᷑ kekẽgi: qð habet folia similia folijs primi: nisi quia sunt latiora eis ꝛ rami eius quando elongantur ꝛ declinant inferius versus terram. ꝛ habet fructum in chisti rotundum similem vesice. ꝛ est fructus eius granuȝ rubicundum simile vue: quem quidam kikilium vocant. Et idem. est alia species solatri faciens sõnum. ꝛ est planta habens ramos multos ꝛ spissos egredientes ab ea. ꝛ sunt difficiles ad frangendũ. ꝛ sunt pleni folijs in quibus est humiditas que adheret manui. ꝛ assimilatur folijs citoniorũ. ꝛ flos eiꝰ ẽ rubeꝰ sic̃ sanguis ñ magnꝰ: ꝛ cꝰ semẽ ẽ croceuȝ. ꝛ hȝ radicẽ nõ magnã multũ: cuiꝰ cortex est rubei

coloris.ꝛ naſcitur in locis aſperis ꝛ petroſis.

Gal. viij.ſim.phar.capitulo de ſtrigno ſecūdum tranſlationem arab.virtus ſolatri ſomniferi eſt ꝙ eſt frigidū in tertio gradu.ꝛ facit dormire.ꝛ habet proprietatem ſimilem opij: niſi quia eſt debilior eo.Et idem Serapi. eſt alia ſpecies ſolatꝝ que dicitur ſolatri maniale.ꝛ eſt illud qđ dicit̃ furiale eo ꝙ facit furioſitatē ſeu maniā. Et eſt planta habens folia ſimilia folijs eruce:niſi quia ſunt minora eis ꝛ ſpinoſa:que dicit̃ caradis.ꝛ habet virgas longas egredientes ab eiꝰ radice.x.aut.xij.Et longitudo eius eſt duoꝝ brachioꝝ ꝛ in ſūmitatibus eoꝝ ſunt capitella ſimilia oliuiſ niſi quia ſunt ſuper capitella ſicut pili ad moduꝫ arboris dulb.ꝛ ſunt minora oliuis ꝛ altiora.ꝛ flos eius eſt niger.ꝛ poſt florē emittit velut racemū.x. vel.xij.grana habentē.Et grana ſunt rotūda mollia nigra ī mollicie vue ſimilia granis cuſſus.ꝛ habet radices groſſas albas concauas: quoꝝ longitudo eſt vnius brachij.ꝛ naſcitur locis montuoſis ꝛ inter arbores dulb.

Poſſe.Sera. qñ fit emplaſtrū cuꝫ folijs ſolatri:ꝛ ſuccaran cōuenit fornice ꝛ heriſipille.Et qñ terunt̃ cōtritione forti:ꝛ miſcentur cū ſale: ꝛ fit emplaſtruꝫ cū eis curat ſcabiem vlceroſam ꝛ pruritū eius. Et conuenit dolori capitis ꝛ inflāmationi ſtomachi. ꝛ qñ terunt̃ fortiter cū ſale: ꝛ fit emplaſtrū cuꝫ eis reſoluunt apoſtemata que fiunt in radice auris. ꝛ qñ ſuccus eius miſcet̃ cū ceruſa ꝛ lithargyrio et oleo roſaꝝ:ꝛ mutat̃ hora poſt horā cōuenit apoſtematibus calidis:que fiunt in cerebro ꝛ capite īfantiū.Et miſcetur ſuccus eius ſief qđ ſumitur ad curſum humiditatū currētū ad oculū loco aque ꝛ loco albuginis. Et quando diſtillatur in aurem conuenit dolori eius.ꝛ fit naſcale cū eo:ꝛ conucit curſui humiditatū matricis. **Gal.** libro ſecundo de cibis capitulo de ſolatro.holerū nullum noui habens tantā ſtipticitatē ꝙtā morella.ergo merito vt alimēto quidē ipſo raro:vt medicina autē continue vtimur.efficax eſt eniꝫ ad q̄cūqꝫ ē opportunitas infrigidationis ꝛ ſtipticitatiſ. Alimentū aūt paucíſſimū habet.ꝛ **Sera.** kekēgi: qđ quidā nominant kakabū virtus eius eſt ꝙ fructus eius prouocat vrinā.Et ideo admiſcetur iſte fructus in multis medicinis que conferunt epati:veſice:ꝛ renibuſ.ꝛ hec herba adminiſtratur ī medicinis ꝛ nō comeditur. ꝛ fructus hic mundificat ictericiā per prouocationem vrine.Et idem auct.babix: alkekēgi eſt aliud mōtanū aliud ſilueſtre:ꝛ eſt album:ꝛ eſt ſimile ī forma ſuperiori.ꝛ conuenit ſuccus eius bibitus apoſtematibus tam intrinſecis ꝙ extrinſecis.ꝛ quando linitur ſuper apoſtemata extrinſeca conuenit eis.Et granum eius quando bibitur conuenit vlceribus renū ꝛ veſice. ꝛ granū eius eſt fortius domeſtico.Et idem Sera.virtus ſolatri ſomniferi ē que facit dormire.Et qñ accipitur de cortice radicis eius aureus vnus:ꝛ bibitur cū vino facit dormire.Et virtus ſeminis eius eſt que prouocat vrinam.ꝛ ideo adminiſtratur in hydropiſi.ꝛ bibitur de cortice radicis eius.ʒ.i.ꝛ facit dormire leuiore ſomno ꝙ gūmi papaueris. ꝛ ſuccus eiꝰ prouocat vrinam prouocatione forti. ꝛ dātur hydropico ex ſemine eius grana.xij.ꝛ curatur.ſed ſi plus detur inducunt maniam.veruꝫ cui accidit hoc ſi biberit melicratū curatur.Et cortex eius ingreditur ī medicinis narcoticis.Et qñ coquitur in vino:ꝛ decoctio eius tenetur in ore ſanat dolorē dentiū. ꝛ quādo admiſcetur ſuccus radicis eius cū melle acuit viſum.Et idem Sera.virtus ſolatri manialis eſt ꝙ qñ bibitur ex radice eiuſ.ʒ.i.inducit ſomnia nō recta ſed aliena.ꝛ qñ bibuntur ex eo.ʒ.ij.inducunt furorē:ꝛ velut ebrietatē tribus vel quatuor diebꝰ. ꝛ qñ bibunt̃.ʒ.iiij.faciunt hoc idem ꝛ eū occidunt ꝛ cura eius eſt melicratuꝫ qñ bibitur ex eo ꝙtitas plurima:ꝛ euomatur:ꝛ fiat hoc ſepe.Et idē auct. meſealach: ſolatrū maniale eſt fri.ꝛ ſic.in tertio gradu.ꝛ ē plus ſtipticū ꝙ omnis alia herba. extiguit calorē igneū.ꝛ fructus eius generat ſemꝑ permiſtiōeꝫ ſenſuſ.ꝛ ideo oꝫ cauere ab eis. **Gal.** virtus corticis radicis eius fri. in fine ẽtij gradus:ꝛ ſic.in ſecundo ꝓpe finē eius.vnde curat vlcera.Alie vero ſpecies nō ſūt alicuius iuuamenti recepte īterius:īmo ſi quiſ biberit ex eo aureos.iiij.morietur inde.Et ſi bibatur minꝰ inducit inſaniā:ſed vnus aureus aliqñ nō nocet. Sed ſciendū ꝙ vbi iſta tranſlatio dicit aureus: ī greca tranſla.inuenitur.ʒ.i.

Cap.326.

Amech arabice: grece kamaket vel kamachet:latine vero tuberi:ꝛ eſt fungus quidam Et quidam vocant ipſum funguꝫ veſcenium.

Sera. libro aggrega.capitulo hamech auc. Diaſ.hamech eſt radix rotunda non habens folia nec tyrſum.color eius eſt rubeus: et reperitur in vere:ꝛ comeditur crudus ꝛ coctus. Et idem aucto Gal.ſubſtantia eius eſt terrea mlt̃tum:admiſcetur ei parum ſubſtantie ſubtilis. Et dicit Gal.in li.ᵒ de chimiſ.kameket generat groſſum humorem ꝛ non eſt multum mali chimi. Et dixit in libro venenorum ꝙ generat ſtranguriam ꝛ colicam: ſimiliter faciunt fungi.Et melius eorū eſt illud quod reperitur ī arena hñs paucā aquā.

Auic. libro ſecūdo capitulo tubera. ſunt ex ſubſtantia terrea plus ꝛ aquea minus ꝛ in ipſis ē aereitas ꝛ ſubtilitas pauca.meliora eorum ſunt arenoſa illa in quibus non eſt ordo maluſ.ꝛ que ex eis ſunt ſicca:deteriora ſunt humidis ſunt groſſa valde: ꝛ generant humorem groſſum melancolicum: ꝛ ſunt dure digeſtionis.ꝛ tyriaca eorum eſt vinum purum ꝛ ſpecies condictes.Almanſor tractatu tertio capitulo de tuberibus: tubera fri.ſunt ꝛ groſſa:phlegma quoque generant crudum.que autem ex eis ruborem habent mala exiſtunt: quorum multa comeſtio colicam generat. nec etiam abſque calidis ſunt edenda condimentis.

Hamepitas .i.hypericon.

Hamibum .i.amilum.
Hamil .i.millefolium.
Hamilil idem quod supra.

Cap.327.

h **Amdebut** ara. latine tela aranee.

Sera. li. aggre. ca. handebut auct. Gal. tela aranee quando supponitur vulneribus que sunt extra corpus non sinit ea apostemari. Et idem auct. Dias. qn miscetur cum aliquo vnguento: et extenditur sup petiam: et ligatur super tempora: et super pulsus brachiorum curat fe. tertianam. Et qn ponitur super locum vbi fluit sanguis stringit eum statim. et qn ponitur super vlcera non profunda prohibet ea apostemari. et ex tela aranee est quedam species que est alba et dura: que secundum quod dicunt quidam si restringatur in corio: et suspendatur super adiutorium quartanarij aufert eam.

Dias. ca. de tela aranee. tela omnibus est nota. vires habet constringentes ad mixta quibusdam vnguentis tpibus imposita fe. curat. sanguinem defluentem retinet. superposita vulneri non cauo prohibet fieri saniem. sine tumore vulnera sanat. cum oleo cocta dolorem aurium mitigat. Aranea trita et imposita: et in plagella et fronti imposita tpibus tertaicas passiones prohibet. Album opus aranee corio ligatum et collo suspensum quartanas tollit: vt dicit Almansor. ca. de aranea Aranee opusculum abstergit et curat serpiginem. et propter hoc ponitur in quoddam vnguento ad serpiginem quod ponitur in antidotario Gal. minori.

Cap.328.

h **Anabroch** ara. latine vpupa auis.

Sera. li. aggre. cap. hanabroch auc. Gal. huiusmodi auis habet coronam que fit super caput eius ex plumis eius. et qn bibitur ex iure ipsius: et comeditur ex cibo eius multum conuenit dolori colico. Almansor tractatu tertio ca. de auibus. caro alaude que pileata dicitur ventrem stringit: cuius ius ventrem fluere facit.

Cap.329.

h **Andachuca** vel chua vel cuf arabice grece lotbos vel zharat vel lotus: latine vero trifolium: vel quedam species trifolij. de qua dicit Dias. ca. de trifolio. et habet odorem aspalti.

Sera. li. aggre. ca. handachuca nominat eum Dias. lothos. i. trifolium. et est sart siue garch et chua. et est duarum specierum. s. domestica et siluestris. Siluestris quidem habet stipitem longitudinis duorum cubitorum vel brachiorum et plus parum: et nascuntur ab ea ramuli multi: et quilibet habet folium in extremo quod assimilatur handachuche que oritur in plaudibus: et dicitur trifolium. et habet semen simile fenugreco: nisi quod est minus satis. Sed sciendum quod illa vocatur a quibusdam herba flaura vel herba maura: sed Dias. vocat ipsam trifolium maius domestica que nascitur in hortis. et est quedam alia que nascitur super aquas: et maxime in babylonia qn fluuius irrigat terram. et est herba habens crus simile cruri fabarum. et est semen album simile sagi in capitibus. et dicunt quod extenditur qn oritur sol: et apparet super aquam. et quando occidit restringit se et submergitur in aqua. et capita eius similantur capitibus papauerum magnorum. et in capitibus est semen simile giguers et scariole. et exsiccant ipsum in babylonia: et faciunt inde panem. et habet radicem similem citonio que comeditur cocta et cruda. et sapor decocte assimilatur sapori vitelli ouorum. et vocatur handa et heuche. Et Auic. in secundo dicit quod de eis fit panis.

Dias. capitulo de trifolio. trifolij genera sunt duo: scilicet maius et minus. maius habet tres species. vna appellatur trifolium vel trigenon ponsillon: quod latini trifolium odoratum dicunt: vel sulphuratum. secunda trifolon vel exalbida vel oxitrifolon dicitur: latine trifolium acutum vel alleluia. tertia dicitur trifolon dematices siue partemon. et est trifolium porcinum vel equinum. Maius grece vocatur trifolium egoceron vel lothos arabice handachucha: latine trifolium leporinum vel herba flaura vel herba maura: cuius frutex est longus cubitis duobus virgas tenues: habens in circuitu duo folia in extremo in similitudinem foliorum lupini: et nigra: et singulis virgis tria folia per singulas nationes habens: coma eius in initio foliorum odorem rute reddit: qui cum creuerit asplto in odore similis est. flos est illi paruus et purpureus ex quo semen profert velut latum: et in figura corniculatum. radix est illi oblonga et fortis virtutis et acerrime et diuretice.

Dosse. Sera. auc. Albugerig. Andachuca siluestris conuenit stomacho frigido: et grosse ventositati. et aqua eius abstringit ventrem. et valet colice passioni. si ponatur super morsum scorpionis sedat dolorem ex eo. Et si ponitur super mebrum in quo est mordicatio animalium non inducit dolorem. et semen eius est fortius folio. et est bona dolori testiculorum. et principio hydropisis. et dolori matricis.

Dias. trifolium maius vel lothos virtutis diuretice et acerrime est. semen eius et folia cum aqua bibita pleureticis et dissurijs et epilepticis et hydropicis in initio singulare presidium est. ictericis causis opitulatur. menstruis imperat. omnia predicta seminis ipsius. ʒ. iij. et foliorum. ʒ. iij. curant folia ipsius cum oximelle accepta morsibus venenatis occurrunt fe. vt dicitur tertianis tria folia aut tria grana seminis eius cum vino bibita medicantur.

Haneb .i.iniube.
Hanerie. i. vene que sunt in labijs.
Hanel .i.iniube.
Handebal .i.tela aranee.
Handebelasamum vel hendebelismum idest xilobalsamum.
Hansel .i.squilla.
Hanisa arabice: latine ventriculus.

Serapi libro aggrega. capitulo hanisa aucto. Dias. hanisa idest vé

triculus galline: antiq̃ ē medicina maturatiua. Et pellicula interior ventriculi galli siccata et propinata in potu ꝯuenit egritudini oris stomachi. ista latius inuenies in littera gigeg.

Banub	.i. hircus.
Banudim	.i. acorus.
Banudab	.i. abrotanum.
Ban	.i. mel.
Bapar	.i. capparus.
Bapapir	.i. papyrus.
Bapagratos	.i. vlinee.
Bara	.i. cucurbita.

Cap. 330.

h **Barach** ara. latine sudor. **Sera.** li. aggre. ca. barach auc. Gal. barach i. sudor. in sudore homīs est salsedo et amaritudo pauca: maxime qñ admiscetur cū puluere illi loci: vbi luctant homines: et accipitur et linitur super tumores qui fiunt in corpore preter naturaꝫ: et resoluit omnes. et in illo puluere solo est virtus resolutiua et stiptica. qñ ponitur ergo iste sudor cuꝫ illo puluere super apostemata mamillarū resoluit ea et extinguit inflamatioñē eaꝝ. Et linitur cuꝫ eo dubulet: et conuenit. Et ego suꝫ vsus in apostematibus lumboꝝ: et sedata fuerunt apostemata et resoluta: et eger fuit curatus. Sed qñ apostemata ꝗ curantur cū isto medicamine sunt sicca et dura oꝫ ꝙ mollificentur cuꝫ oleo de alcbanna aut rosarū qñ miscet' cū hoc oleo cōuenit coagulationi lactis in mamilla: et resoluit ea. et in hunc modum oꝫ ꝙ vtat' eo in omnibus apostematibus. Sudor equi qñ calefit cū aceto conuenit epilepsie. Et si administratur in morsibus venenosis conuenit. et ad hō valet sudor ouium.

Barabamē	.i. stercus colūbinū:
Barabatra	.i. stercus bouis.
Barathaur	idē quod supra.
Baraltis	.i. stercus caninuꝫ.
Baramiem	.i. stercus caprinum.
Baragaraen	.i. stercus pecorinum
Barafaras	.i. stercus caballinū
Barabemar	.i. stercus asini.
Bara	.i. iuniperus.

Barba est quedā auis que vocabatur barba cui' vtutes inuenies in littera idē: et in .l. tamie.

Barbatini secundum Dias. est lonchitis.

Cap. 331.

h **Barbalim** est q̃dā herba silis scolopēdrie. semē eius angulatū est sicut lancea: et est domestica et siluestris. domestice caliditas est pauca siluestris cali. est in secundo: et est consolidatiua. eius folia sicca in potu sumpta vel cū aceto super splenē posita sanant splenē. **Auic.** libro secundo capitulo de barbalim.

Barcharcharaba	.i. piretrum.

Barna. i. porcelliones vermiculi .s. qui morantur sub vasis aquarijs.

Bartas	.i. cardus.

Bartatū dr̄ angustus: et est semen triangulatuꝫ: et est vt lancea. et folia eius sūt magna lata similia folijs scolopendrie.

Barens	.i. herba.
Bares maneries	.i. cibi frigidi.

Barmel. i. cicuta ꝑ qua .l. l. succaꝝ: et vocatur armel per .a. quādo est species rute vt supra in .l. a. et quando stat pro cicuta scribitur per .b. vt hic.

Barmene	.i. basilicus.

Cap. 332.

h **Barnech** ara. gre. lepina arsenicū: latine vero auripigmentū. Auripigmentum ca. est et sic. in quarto gradu. de vena terre fit. sunt ei' due species .s. rubeum et citrinum. Citrinum competit medicine. **Sera.** libro aggre. ca. barnech aucto. Dias. barnech. i. auripigmentū. et sunt ei due species .s. rubeum et citrinum. et sunt eiusdeꝫ minere. melius autem ex eo est illud qđ ē laminosum habens colorem simileꝫ auro: et lamine ei' separantur facile: et sunt composite vna super aliam non habentes admixtam terram vel aliud. rubeum autem est eligenduꝫ illud quod est valde rubeum et cito frangibile: et munduꝫ simile cenabrio: et odor eius sicut odor sulfuris. virt' ei' est calida adustiua. **Dias.** ca. de arsenico. Arsenicuꝫ nascitur ī hellesponto: vbi et sandaraca. veꝝ optimū est latiores laminas habens et aureum colorem: et venas separabiles a se vt separari videāt'. mundū sine sordicie. tale ī hellesponto nascit'. eius grana sunt duo. vnum est eq̃le supra: et aliud fuscū in colore sandarace. et ex pōto et capadocia venit. Istud vero assat' sic: pone ī testa noua: et carbonibus igneis suppone: et freq̃nter agita q̃diu ignescat et mutet colorem: et cū friguerit repone. Quidam dicunt ꝙ ex auripigmento per q̃dam sublimationē fit resagal: et hoc ideꝫ iterum sublimatur et fit ex eo forte ruptorium. **Auic.** libro secundo ca. de arsenico. Arsenicum aliud est album: aliud est citrinū et aliud est rubicundū. melius ex rubeo est rubeū imbibitū rubedine quod est aptuꝫ teri: et suo odore similatur odori sulfuris. Et melius ex citrino ē quod est puluerizabile armenū aureū et laminosū subtile quasi ipsum esset tale. citrinum calidum est in tertio gradu: siccuꝫ in secundo. omnia sunt putrefactiua mordicatiua. quod ex eo rub. est meli' q̃ alcaca dicon. **Posse.** contra asma ex humida causa ponat' auripigmentum super prunas: et capite inclinato patiens recipiat fumum per embotum. Item .ʒ. i. auripigmēti sumpta cum ouo sorbili ad tussim valet. Ex calce viua et auripigmento fit psillotrum sic: Accipe .ʒ. iiij. calcis viue: et resolue in aqua et buliat: postea adde quartam partem .ʒ. auripigmenti: et coque. signum decoctionis est quando penna īmissa et statim extracta leuiter manibus depilatur. Si vis remouē pilos oꝫ te esse ī loco calido ꝯ serpiginē et empetiginē: Accipe .ij. ptes saponis spataréti: et tertiā auripigmēti et distēpa: et fac vnguētū

⁊ vnge:sed prius ablue partem illam cum aqua:
⁊ post vnctionem similiter:quia si diu remaneret
corroderet tam bonam q̄ malam carnē: ter vel
quater ita abluas ⁊ vngas. Itē si radicitus pilos
extrahē voluer] īūge ex succo iusqami ⁊ auripi
gmēti ana eq̄l'r sil' confectis:⁊ nūq̄ apli⁹ renascēt
Ad vngues reparādas: Accipe serapinū ⁊ pulue
rem auripigmenti ⁊ misce cū oleo: ⁊ inde fiat em
plastrū:⁊ pone super vnguē:sine dubio cadet.
Dias. virtus auripigmenti est stiptica ⁊ ca
lastica cū ignea vi ⁊ calastica cū cal
ce viua mixtū:⁊ corpori illinitū ꝑ pilos tollit.hec mi
xtura miospone a grecis:⁊ latine dicitur achillea
vires habet arsenicū vt ignis adurere pōt ⁊ alīcā
tiones con- **Auic.** abradit pilos:⁊ cū gūma pi
sumere. ni ē ɔueniēs allopicie.fit ex
eo emplastrū cū adipe super vulnera.cū adipe et
oleo conuenit scabiei ⁊ sahafati humide ⁊ putre
dini:⁊ abstēgit ⁊ adurit cutē:⁊ pmiscet cū mirrha
ad pediculos:⁊ vestigia sanguinis ⁊ cū pice vesti
gijs vnguis.⁊ q̄nq̄ admīstratur cū oleo ad pedi
culos. Cerotū factū ex eo conuenit ⁊ ꝓprie ex ru
beo herpetihestiomeno ī ore ⁊ aure:⁊ vlcerib⁹ eo
rum datur ad potandū suflatis cū hydromelle.⁊
assumitur cū gūma pini ad tussim antiquā: ⁊ spu
to saniei ⁊ sanguinis. Et q̄nq̄ ponitur in pillulis
que sunt ad asma.⁊ miscetur cū oleo rosaꝝ ad bo
thor. ⁊ emoroidas in ano quod ex eo sublimatuꝫ
est interficit:et album ex eo interficit.

Cap.333.

Aarim vel barin ara.gre.am
peleos:latine vō vitis.
Sera. libro aggre.ca°. barin.vit]
ex ea est domestica ⁊ sil
uestris:⁊ alba ⁊ nigra. domestica est vitis vini: ⁊
silnestris est que grece vocat' ampeleos agria.ha
stas habet lōgas ⁊ lignosas ⁊ asperas.folia ei stri
gno hortiuo similia:ſꝫ latiora ⁊ minora.florēꝫ ha
bet sicut capilli.sed semen habet vt botrus:qd cuꝫ
maturauerit russum facit colorem obrotūdū.alia
species est que vocatur lambrusca vel vitusu:cui⁹
flos vocatur inantus vel inantiū vel anteflores:et
est masculus de qua īuenies in.L.enantiō:⁊ est plā
ta ī qua sunt grana parua similia botris vue par
uis:⁊ quando sunt matura color eoꝝ est rube⁹ et
figura sui grani est rotunda:⁊ racemi sui botri re
seruantur in s̄ūmitate eius:⁊ grece vocatur ambo
losagine. Est alia species vitis que dr̄ vitis alba:⁊
est fesera: pq̄.l.l.fesera. Et alia species q̄ latine di
citur vitis nigra.⁊ alio nomine dicit' cucurbita vł
brionia:dicitur grece ampeleos melana: vł ambu
los melana:ara.fe sirestenta:⁊ est planta s̄m Dia.
que habet folia similia folijs plante que dr̄ hede
ra:nisi quia dilatantur plus ad similitudinē folio
rū herbe que dr̄ semitas:⁊ rami eius similiter:ni
si quia folia istius ⁊ rami eius sunt maiores:⁊ ip
sa circūuoluitur amplectens plantas alias quibus
approximat:⁊ suspenditur eis cū suis capriolis:⁊
habet fructū similē racemis vue vitis albe viridē
in sui principio:⁊ nigrū cū maturatur: quē cū fre
geris buxeū reddit colorē.⁊ radix eius est magna
⁊ nigra exterius vel buxea: ⁊ interius subalbida.
Caprioli hui⁹ comedunt':⁊ habēt diureticā virtutē
Gal. vi.sim.phar.ca°. ampeleos melana.am
peleos melana siue vitis nigra.vocatur
hec ꝓprie brionia.i.lupill⁹ vel siluestris cucurbita
Posse. vinū vitis albe domestice secun
dū Gal'.vi. sim.phar.est calidūꝫ
in secundo gradu. Et vetus ex eo est in tertio gra
du. Et mustū est in primo:⁊ manifestatur vnūq̄d
q̄ in primo gradu. Et per manifestationeꝫ calidi
tatis inuente in eo: sed de vua inuenies in lr̄a cui
vitis domestice succus secundū Sera.⁊ potissime
folioꝝ eius conuenit habentibus vlcera in intesti
nis:sunt fri:⁊ stiptice.⁊ qui expuunt sanguinē: ⁊ q
conqueruntur de ardore stomachi:⁊ pregnantib⁹
habentibus appetitum corruptum. Et caprioli ei⁹
quando infunduntur in aqua ⁊ bibitur faciunt h̄
⁊ lachrymus huius vitis est similis gūmi que coa
gulatur super palmites:qui potatus cum vino ex
pellit lapideꝫ ⁊ linitur cū eo empetigo:⁊ curat eā
⁊ scabiem vlcerosam similiter:⁊ non vlcerosam:
⁊ oportet ꝙ anteq̄ linias cū eo ꝙ linies mēbrum
cū nitro ⁊ oleo assidue:⁊ abradas pilos. Cinis aci
morū aut vinacie quando emplastrantur cū ace
to curat anum quando ab eo euulse sunt emoroi
de. ⁊ curat concussiones neruoꝝ. ⁊ cōfert morsui
tyri. ⁊ quando fit cum eis emplastrū cū oleo ro
sarum ⁊ ruta ⁊ aceto confert apostematibus cali
dis que fiunt in splene. Succus enim agrestis id
est vue non mature oportet vt exprimatur anteq̄
abscondatur stella canis:⁊ ponatur in sole in va
se eneo rubeo cooperto cum panno:⁊ dimittat' ī
sole donec coaguletur:⁊ de nocte ponatur vas s̄b
tecto:quia ros prohibet coagulationes cuiuslibet
succi. Et melior ex eo est ille qui est citrinus decli
nans ad rubedinem:⁊ est frangibilis ⁊ stiptic⁹ for
ti stipticitate:⁊ mordicat linguam. Et sunt qui de
coquunt succum istū:⁊ conficiunt decoquendo:⁊
conuenit coctus cū melle ⁊ vino dulci neruis qui
sunt in lateribus gule et palati.⁊ ipsi vulue ⁊ gin
giuis fluxis quibus abundant humores. ⁊ aurib⁹
a quibus egreditur sanies.⁊ cū aceto conuenit fi
stulis ⁊ vlceribus fraudulentis.⁊ fit clystere cum
eo ad vlcera intestinoꝝ:⁊ ad cursum humiditatū
antiquaꝝ ex matrice. ⁊ potatur pro sputo sangui
nis. Sed vinuꝫ de vua acerba fit in hunc modū:
Accipe de vuis que non sunt complete mature:
sed sunt muze:⁊ ponantur in sole tribus dieb⁹ aut
quatuor donec fiant extenuate: ⁊ exprimat' ab eis
vinum ⁊ reponatur. Et virtus huius vini est stipti
ca ⁊ corroborat stomachum: ⁊ conuenit illis qui
non possunt digerere:⁊ conuenit stomacho rela
xato:⁊ pregnantibus:⁊ habentibus colicam cum
qua euomitur stercus. Et valet egritudinibus epi
dimialibus: ⁊ oportet ꝙ illud vinum dimittatur
veterescere pluribus annis:quia nisi hoc fiat non
est aptum ad potandum. Sed virtus passularum
est que maturat ⁊ resoluit resolutione temperata
⁊ passule extenuant:stiptice sunt frigidiores alijs.

Et dulces sunt calidiores et humidiores et stiptice: fortificant stomachum et retinent ventrem. Et dulces sunt medie in hoc: et sedant mordicationē que contingit in ore stomachi: sed q̄titas nutrimēti in passulis dulcibus carnosis est amplior. ꝛ passule dulces carnose sunt maioris nutrimēti q̄ vue ꝛ minoris abstersionis ꝛ lenitōis q̄ ficus sicce: verū sunt convenientiores q̄ ficus. Et sic dicit Serapio auct. Gal. ꝛ dixit in almiamir in passulis forsan est res que laxat ꝑpter suam aggregationem ꝛ hoc est quare posuimus eas maioris nutrimenti epati. volo dicere q ꝑpter eaꝝ aggregationē: q̄ꝫ est in eis stipticitas: q̄ta necessaria est epati egrotanti: ꝛ est cū hoc in eis q maturant humores crudos indigestos: ꝛ equant humores malos: ꝛ tēperant eoꝝ cōplexiones. Et sunt ī natura sua tarde ad recipiendū putrefactionē. ꝛ in tota eaꝝ sb̄a sunt similes epati. Alkesmes sunt passule sine granis que nominant̄ aferisis: ꝛ sunt multū dulces: ꝛ sunt ceteris meliores. Gal. vi. sim. phar. ca° de vuapassa astafis. ꝛ est vuapassa digestiua simul ꝛ stiptice ꝛ diaforetice lente participat vir tutis. Dias. albe passule sunt plus stiptice. ꝛ carnes passulaꝝ q̄ꝫ extrahunt̄ ab eis grana: ꝛ q̄ꝫ comedunt̄ conueniūt canne pulmonis: ꝛ conferunt tussi renibus ꝛ vesice. ꝛ q̄ꝫ passule comedunt̄ sole cū nucleis confert̄ vlceribus intestinoꝝ. ꝛ q̄ꝫ caro passularū miscet̄ cum farina ꝛ gegneisi. i. cariola ꝛ ouis ꝛ modico melle: ꝛ comedit̄ admixto modico pipe expellit phlegma per os. ꝛ q̄ꝫ miscet̄ cū farina fabaruꝫ et cymino: ꝛ fit inde emplastrū cōuenit apostematibus ca. intestinoꝝ. ꝛ q̄ꝫ passule pastate miscentur cū ruta: ꝛ fit inde emplastrum delet q̄d apparet ī cute ex clauis ꝛ vlceribus fraudulentis. s. cancro. q̄ꝫ fit ex eis emplastruꝫ cuꝫ opoponaco conuenit podagre. ꝛ q̄ꝫ ponit̄ sup vngues eradicat eos. Et meliores ex eis sunt kelmes sine granis: ꝛ p⁹ eas sunt pingues subtilis corticis ꝛ parui grani.

Gal. vi. sim. phar. c° girgata. grana vue que grece girgata vocant̄ indigestibilia sūt substantia eius est grossa terrea: prout ꝛ gustu declarat̄: quia sapor eius est acerbus vel ponticus. virtus eius fri. in primo: sicca in secundo gradu: ꝛ stiptica ꝛ constringit: ꝛ cōuenit omni fluxui vētris iuuamen to magno. Sera. vinacia vuarū reponit̄ ꝛ seruat̄: ꝛ fit emplastꝝ ex ea cū sale apātib⁹ calidis ꝛ apostematibus mā millaꝝ. Et q̄ꝫ fit clystere cū decoctione eius conuenit vlceribus intestinoꝝ ꝛ fluxui antiquo: ꝛ fluxui humido antiquo matricis q̄ꝫ ex ea fit sessio mulieribus: ꝛ fiunt clysteria matricū cū ea. Et idē auct. Dias vinū nocet neruis ꝛ sensibus: sed ipsuꝫ est delectabilis saporis. ꝛ ideo oꝫ cauere de eo si aliud mēbrū est egrū. Sed si paꝝ sumat̄ de eo in dispositione sanitatis: ꝛ tamen mixtū aqua nō nocet. Et q̄d de eo est vetus multū albū subtile prouocat vrinam nisi quia facit dolorē capitis. ꝛ qui bibit ex eo satis nocet stomacho. Nouū vero generat inflationē. ꝛ est difficilis digestionis. ꝛ inducit somnia mala. ꝛ prouocat vrinam. ꝛ laxat ventrem. ꝛ mediocre inter nouū ꝛ vetus est sine malicijs eoꝝ: quapropter oꝫ vt eligatur potus eius ꝑ alijs sanis ꝛ egris. Et vinū albū ꝛ subtile est bonū stomacho. ꝛ conuenit vsus eius magis in sanitate ꝛ egritudine: ꝛ est ꝑpinquius ad molliendū ventrē q̄ rubeū ꝛ nigruꝫ. ꝛ vinū nigrum est grossum tarde digestionis: ꝛ inebriat ꝛ ingrossat carnem et cōuenit fluxui sanguinis ventris. Et vinum rubeum est mediū inter virtutē illoꝝ. Et vinū nigꝝ grossum est malū stomacho ꝛ inflatiuū: nisi quia auget carnē sicut grossum. dulce vero est grossuꝫ ꝛ est tarde digestionis: ꝛ inflat stomachū: laxat vētrē sicut mustū: nisi quia virtus eius est debilior. ꝛ conuenit vesice ꝛ renibus. ꝛ conuenit apostematibus in visceribus: q̄ꝫ infundit̄ lana nō lota ī ipo ꝛ supponit̄. Et q̄ꝫ ponit̄ super vlcera fraudulēta ꝛ sup pruriginosa vlcera: ꝛ sunt vlcera ad q̄ fluūt humores conuenit eis. vinū nō stipticū est magis prouocatiuū vrine. ꝛ facit sodam: ꝛ inebriat. ponticū vero est magis cōueniens cibo: ꝛ stringit vētrē ꝛ nocumentū neruoꝝ ꝛ prouocatio vrine sunt in eo minus. ꝛ q̄ꝫ vinū bibit̄ cū oleo ꝑuocat vomitū. ꝛ conuenit lacti coagulato in stomacho ꝛ ardori renū ꝛ vesice: ꝛ vlceribus que sunt in eis. Et q̄ꝫ bibitur q̄titas conueniens vini iuuat illos q̄bus datum est in potu venenum frigidum vt coriandrum ꝛ opium. ꝛ omnes medicine que interficiunt propter frigiditatem carū. ꝛ conuenit morsibus venenosoꝝ animalium. ꝛ conuenit illis qui sudant multum: ꝛ maxime albuꝫ vetus boni odoris quando potatur. Gal. tertio de complexionib⁹ ca. iiij. vinum valitudinem tribuit citissimā. Et idem. viij. sim. phar. ca° de vino. Uinum ex secundo gradu est calefactiuuꝫ: quod vero sufficienter est antiquū ex tertio sicut mustū nominatum est primi gradus. proportionabiliter autē caliditatib⁹ sunt eius siccitates. Rabi moyses non est melior res potatione vini ad virtutis debilitatem. Sera. fex vini oportet q administret̄ illa que est ex vino veteri. Et oꝫ q comburatur sicut comburitur spuma maris p⁹ q̄ desiccatur desiccatione forti. ꝛ quidam ponūt eam in vase terreo nouo ꝛ accendunt sub ea ignē fortem ꝛ dimittunt donec inflāmetur. ꝛ oportet q scias signum bone adustionis eius. ꝛ est quando immutatur color eius ad albedinem ꝛ ad aereitatem. ꝛ quando applicatur lingue inflāmat eaꝫ fortiter propter fortitudinem adustionis. eodem modo comburitur fex aceti. Et fex adusta habet virtutem comburendi multum forti adustione. ꝛ abstergit ꝛ aufert carnem superfluam vlcerum: ꝛ ē stiptica ꝛ ca. ꝛ exsiccat. ꝛ oportꝫ q ip̄a administretur cum est noua virtus eius resoluitur cito: ꝛ ꝑpterea oportet q non dimittatur extra vas: ꝛ seruetur bene cooperta ꝛ obturato vase. Et ipsa quidem aduritur sicut tucia. ꝛ quando fit emplastrū cum ea sub vmbilico ꝛ super pectinem abscindit menstrua: ꝛ resoluit apostemata mammillarum. Sed fex adusta quando miscetur cuꝫ resina pini:

ꝛ liniunť deinde capilli: ꝛ dimittunť sic vna nocte rubificat eos. Et ipa quidē ponit̄ in medicinis oculoꝝ sicut tucia ꝛ abstergit: ꝛ valet obscuritati visus. Paulus caᵒ. de tartaro. tartaꝝ vini qḋ inuenitur in vegete est ca. ꝛ sic. in tertio gradu: qḋ de vino puriori est meliꝰ est lytargiriū infundat̄ ī aceto ꝑ noctē: mane resoluat̄. ad idē ex eo ꝛ oleo nucis fit cōmixtio super ignē: ꝛ tartaro in multa q̄ntitate addito mox ab igne deponat̄. hoc vnguentū valet ad scabiē ꝛ serpiginē. puluis eius in cibis sūptus pinguedinē extenuat consumendo. puluis in q̄ntitate. ℥.5. uel. ʒ. iij. cū melle rosaꝝ: vel cū oleo educit. v. vel. vi. vicibꝰ puluere masticis addito ꝑ aceto. I.I. chal. de vino aūt multa vide apud Auic. tertia primi: ꝛ apud Isaac in dietis ꝑticularibus. Uirtus alterius speciei que dr̄ vitis nigra secūdū Dias. capꝛioli eius comedunť: ꝛ habent diureticā virtutē. splenē siccant. epilepticis cataplasmatibꝰ adhibita luxationibus medenť. Et virtus vitis agrestis est ꝙ radix eius elixa in aqua ꝛ bibita mixta vino maritimo numero ciatoꝝ duoꝝ accepta hydropicos purgat: et omnes maculas corporis tollit. Capꝛioli ipius in sale cōponunť: ꝛ flos eius in puluerē redactus cū vini ciatl duobus sumptꝰ facit ad stranguriā. Radix eius data vt supra tussim sedat. Et ad defectionē stomachi radicis puluis multū valet. vires habet stomacho vires representantes.

Cap. 334.

Armusel.

ara. grece ꝛ latine gariofilus.

Sera. liᵒ. aggre. capᵒ. barmusel. Barmusel. i. gariofilus et est fructus. ꝛ lignū eius administratur sicut ďfertur ex terris indie cū fructu suo. Et sunt eius capitella habentia dentes. ꝛ meliores sunt quoꝝ color vergit aliq̄ntulū ad ruborē: ꝛ habent bonitatē mľtā: maxime illi qui colligunť ex arbore suꝗ cū digitis singulariter vnus post vnū. **Dias.** gariofili. i. fructus: ꝛ lignū eiꝰ administratur sicut defertur ex terris indie cū ligno suo: ꝛ sē in eis habentia capitella dentes. ꝛ meliores sunt q̄rū color vergit aliq̄ntulū ad ruborē: ꝛ habent bonitatē multā: maxime illi qui colligūť ex arboř sua.

Auic. liᵒ. secundo caᵒ. de safar. Safar gariofilus est sicut sambacus: ſ₃ est nigrior ꝛ qui est masculus est sicut nucleus oliue: ſ₃ longior ꝛ vehementius niger. Et est fructus arboris in insula indie: ꝛ gulcten ipius existit in virtute glutinis albotin. ille qui est melior est similis nucleo sicco suauis ꝛ acuti odoris: ca. ꝛ sic. in t̄tio gradu.

Posse. Sera. auct. bachim ingreditur in medicinis que acuunt visum. remouet nāq₃ obscuritatē visus: et cōfert sebel. Et glucten gariofi. est simile gluctini albotin. Idem auct. Rasis gariofili cōferunt stomacho ꝛ epati. confortant cor ꝛ stringunt ventrē ꝛ digerunt cibū. Et auct. Isaac qñ bibit̄ ex gario. ℥.5. cū lacte in ieiunio corroborat potentiā coitus.

Auic. corporis odorē bonū efficit: abstergit visum: ꝛ cōuenit panno: ꝛ confortat stomachū ꝛ epar: ꝛ remouet vomitū ꝛ nauseam. Barica. i. ameos. quidā dicūt ꝙ est carui.

Bari i. iuniperus.

Cap. 335.

Arsiarbai.

vel psoidaī ara. grece ꝑserpinata: vel poligonia: vel porcinacia: vľ sāguinaria: vľ multigonia: latine v̊o cētūnodia vel corigiola mīor: vel lingua passerina. vel gēicľata

Ser. li. ag. cᵒ. barsiarbay auc. Dia. bāsiarbay i. cētumnodia: ꝛ ī ligna ꝑsica dr̄ psoidami. Est eī cētūnodia masculꝰ ꝛ fcīa. masculꝰ ē herba que nascit̄ omni anno: ꝛ h₃ ramos seu virgas rectas molles subtiles nodosas: ꝛ distendit̄ sup faciē terre sicut gramen: ꝛ folia h₃ similia folijs rute nisi q₃ sunt mollia ꝛ longiora: ꝛ h₃ iuxta vnū qḋq₃ foliū semen: ꝛ ꝑpter hoc dr̄ masculus. ꝛ habet florē albū ꝛ rubeū. ſ₃ femina h₃ plantā ꝑuam ꝛ virgā vnicā tam tenerā similē canne: ꝛ h₃ nodos similes nodis qui sunt in radice canne: ꝛ in nodis ipis sunt folia egredientia ab ipa virga similia folijs pini: ꝛ h₃ radicē in qua nullū est iuuamentu₃. Nascit̄ iuxta aquas. hec latine vocat̄ cauda vulpis que est virga pastoris femina: sicut apparet in littera dispeus.

Gal. vij. sim. phar. caᵒ de poligonia ꝛ est centūnodia: h₃ quidē qd stipticitatis. dn̄at̄ v̊o in eo aquosa humiditas: vt sit in secundo gradu ex infrigidantibꝰ pharmaciis: vel in tertio sec undū pꝛincipiū.

Dias. caᵒ. poligonos. Poligonos. i. centūnodia. masculus herba est que h₃ virgulas teneras ꝛ molles: ꝛ multas nodosas ꝛ spansas sup terra₃ sicut agrostis. vnde de policarpos dicta est: folia h₃ rute silīa: ſ₃ oblōga ꝛ mollia: ꝛ semē ī folijs singulis: vnde ꝛ masculus dicta est. flos est illi albus aut feniceus. virtutē h₃ frigidā ꝛ stipticā. Pilogonos vero femina frutex est vnus: virgā habēs cānosam ꝛ mollē spissam ꝛ nodosam. in quibus nodis folia sunt pini similia. Radix est illi inutilis. Nascit̄ locis humidis. virtus est illi stiptica. ꝛ hec latine vocat̄ cauda vulpis.

Posse. Gal. iuuat itaq₃ exustos stomacho exterius applicata sic herisipilata: ꝛ calidos phlegmones seu etiā talia existentia repcutit rheumata. ꝛ exinde vero siccatiuū existere ꝑpter qḋ herpetū bonū ē pharmacū ꝛ vlcerū ꝛ alioꝝ euidentissimū vero phlegmonosorum rheumatoꝝ. Est aūt ꝛ sanguinosoꝝ vulneꝝ cōsolidatiuu₃. iuuat vero ꝛ vlcera que in auribus: ꝛ si pus in eis sufficiens fuerit id siccat. ꝑpter easde₃ vero virtutes ꝛ fluxū muliebrē sistit ꝛ dysenteriā ꝛ sanguinis eductiones: ꝛ quecūq₃ īmoderate aliunde catū. Ait aūt Dias. ꝛ vrinas ꝓuocare id strāguriantibus datū: nō tn̄ distinguit diligēter dispositionē in qua oportet dare. Est autē ad omnia ꝑdicta masculus femina fortior.

Dias. succus eius bibitus emoptoicis medicat̄ ventris abstinet rheumatismum. colicis et stranguriosis opitulat̄. vrinam ꝓuocat. morbibus venenatis cū vino bibitus medicat̄. Cū vino coctus

⁊ melle vulnera noua curat. periodicis fe.añ vnã horã acceptus maxime ꝓdest. supposit⁹ fluxũ mulieris stringit. dolorẽ auriũ cõpescit. sanguinẽ reijcientibus subuenit. herpetes curat ⁊ fistulas. ignẽ sacrũ extinguit. tumores ⁊ duricies imposit⁹ spargit. recentibus vulneribus maxime ꝓdest. poligonos femĩa oĩa sil'r vt alia facere põt: q̃uis virtutem minorem habeat.

Cap. 336.

h Arsia vel haermia ara. grece aermia: latine vero pipe-

Sera. li. aggre. ca. harsia vl' harella. ermia. harsia vel haermia i. pipirella. ⁊ est in figura sua sicut figura piperis minoris: nisi quia est in colore suo citrina. Et sunt in ea due virtutes cõtrarie. s. caliditas ⁊ frigiditas Et idẽ auc. Aben mesuay. harsia vel haermia est granũ paruum minus pipere. ⁊ est in eo citrinitas pauca. ⁊ est odoriferũ: cui⁹ odor est sicut odor ligni aloes. ⁊ est ca. ⁊ hu. ⁊ ẽ in eo absterfio parua.

Haros	i. saricon.
Harocos	idem quod supra.
Harodosi	i. euforbium.
Harbor albes	i. cipressus.
Haabor albies	idem quod supra.
Harbor albaem	idem quod supra

Cap. 337.

h Aixof ara. gre. scalões: latine pinaria. Se.

li. aggre. ca. haixof est ex specieb⁹ pinearꝫ. folia eius sũt similia camelcõte albe: nisi q2 sunt nigriora. ⁊ hꝫ virgam longã folijs plenã. ⁊ super ipsum est capitellum spinosum. ⁊ hꝫ radicem nigrã ⁊ grossã. ⁊ est qd̃ de ipsa planta admĩistrat'.

Gal. virtus eius est que calefacit in secũdo gradu in vltimo eius: ⁊ in principio secundi: ⁊ desiccat in tertio. plãta illa comeditur recens sicut sparagus. Posse. Gal. ꝓuocat vrinam multaꝫ fetidã qñ coquit' in vino: ⁊ bibitur illud vinuꝫ. Et aufert ꝓpter hec fetorẽ assellarꝫ: ⁊ fetorẽ toti⁹ corporis. ⁊ operatio in hoc est a tota substantia. ⁊ qñ coquitur radix ⁊ bibit' confert sicut sparagus.

Cap. 338.

h Arunci arab. vel karunacari grece ⁊ latine carui.

Gal. vij. sim. phar. ca. de carui. in sapore eius acuitas est temperata. ⁊ virtus eius est que calefacit ⁊ desiccat in tertio gradu: ⁊ ideo expellit ventositates. ⁊ est diureticũ nõ solũ semen eius: sed etiam planta.

Sera. li. aggre. ca. haruncij auc. Aben mesuay. est grossius q̃ cyminũ. ⁊ expellit ascarides ex ventre. ⁊ corroborat stomachum. ⁊ abstringit ventrẽ minus q̃ cyminum. Et idẽ auc to. Rasis conuenit cardiace.

Cap. 339.

h Ar ara. latine anas Sera. li. aggreg. cap. har. Har. i. anas omnibus est nota. vñ eius adeps sedat dolorẽ sedatione magna. ⁊ ipsa ẽ melior omnibus adipibus. Nã nõ inueni adipẽ subtiliorẽ nec magis mollificatiuũ: nec magis resolutiuũ ea ꝓpterea quia caro eius est ca. multũ. hꝫ similiter multã humiditatẽ caro eius. ⁊ ideo est grauis digestionis. sed clarificat colorẽ: ⁊ vocẽ impinguat. ⁊ auget sperma. vñ ipsa caro calidior ⁊ grossior omnibus alijs carnibus auium. Auic. li. secundo capitulo anas. Anas ẽ calidior omnibus auibus domesticis. dicunt quidã ipsa calefacit infrigidatũ: ⁊ facit calefactũ possidẽ febrem. eius pinguedo est maxima in sedando dolorẽ: ⁊ sedando mordicationẽ in profundo corporis. Et est melior pinguedinibus auiũ. ⁊ eius caro frangit ventositates. ⁊ ipsius stomachus est plurimi nutrimenti. eius pinguedo clarificat colorẽ. et eius caro impinguat ⁊ clarificat voceꝫ. eius caro tardatur in stomacho: ⁊ est grauis: ⁊ ꝓprie caro anseris. sed leuius qd̃ est in ipsa: ⁊ melius sunt ale. Cũ aũt caro digerit' harꝫ auiũ est nutribilior omnibus carnibus auiũ. augmentum efficit in coitu ⁊ multiplicat sperma.

Cap. 340.

h Ard ara. gre. rodon: latine rosa. Sera.

li. aggre. ca. hard auct. Gal. viij. sim. phar. ca. de rosa. substantia eius est composita ex substantia aquosa calida cũ duabus alijs qualitatibus permixta: stiptica. s. ⁊ amara: c⁹ stipticitas ẽ in q̃titate tali: quia corpora habentia virtutem fluxam nõ possunt dissoluere virtutẽ eius. Et semen eius est magis stipticũ q̃ rosa. Et idem: rosa cum stipticitate que est in ea inest ei dulcedo ⁊ similitudo acuitatis vel mordicatõis pauce. ⁊ conuenit apostematibus calidis in principio eorꝫ. ⁊ oꝫ ꝙ recipiatur recens ex ea ⁊ abscindãt' sũmitates ei⁹ albe cũ forpicib⁹: ⁊ reseruẽtur pro medicaminibus oculorꝫ. Sed oleum rosarꝫ est in natura sua medium inter naturam rose ⁊ olei. ⁊ est medicina cum qua curantur apostemata sanguinis in augmẽto ipsorꝫ. Et in eo est virtus penetrãdi ad profundũ corporis: ⁊ humectat corpora sicca. ⁊ conquassat' cũ aceto ⁊ inungitur caput cũ eo: ⁊ conuenit dolori capitis facto ex caliditate solis. ⁊ qñ rose siccantur oꝫ ꝙ desiccentur in vmbra: ⁊ cõmoueantur assidue. ⁊ aqua rosarꝫ est frigidior complexione tẽperata: nõ tñ multũ. ⁊ ipsa quidẽ est subtilis multe subtilitatis. Et signũ in hoc est ꝙ rosa desiccat' cito: ideo quia in eo nõ est aliqua viscositas: quia odor eius vincit: ⁊ propterea festinat ⁊ replet vias odoratus. Idem auc. Dias. Est enim rosa frigida desiccatiua. ⁊ ex ea est plus stiptica sicca q̃ recẽs. ⁊ succus rosarꝫ qñ coquitur cũ vino conuenit dolori capitis ⁊ oculorꝫ ⁊ auriũ. ⁊ conuenit gingiuis qñ cũ eo fit collutio. ⁊ coquunt' folia eius sine stipitibus ⁊ nõ exprimuntur. ⁊ fit emplastrũ cuꝫ eis herisipille. Et semen qd̃ est in medio rosarꝫ quando puluerizatur super gingiuas ad quas fluũt humores conuenit multũ. sed caput rose quãdo bulierit in aqua ⁊ bibitur abscindit fluxum ventris.

r

ꝛ sputū sanguinis. Et idem auc. bacham. aqua ro. ꝓhibet fluxū ad oculū. ꝛ cōuenit syncopi qn̄ bibitur ex eo haustus aliquis. Et idē auc. humay. Rosa fortificat mēbra intrinseca: ꝛ stipticitas eius penetrat ꝓpter amaritudinē que est in ea. Et idem auc. Aben mesuay. Odoratio rose conuenit cholericis ꝛ habentibus calorē ꝛ capitis dolorē a cholera. ꝛ ꝓhibet fumositates cholericas acutas. ꝛ cōuenit dolori acuto. ꝛ mouet sternutationē hn̄ti cērebrum ca. Et qn̄ conficitur cū melle aut cū zucaro abstergit qd̄ est in stomacho ex humoribus phlegmaticis. Et idem auc. Rasis. expertus est quidā ex amicis meis: qui accepit ex folijs rosaꝝ recentibus ꝛ zucaro: ꝛ fecerūt eū assellare decē vicibus ꝛ hoc facit succus eius. veꝝ sicca nō est laxatiua: ꝛ hoc significatur ex eo ꝙ virtus eius est amara ꝙ abstergit. Et qn̄ rosa desiccatur fit stiptica: qa separatur ab ea amaritudo. ꝛ siccitas quidē in rosa est pauca: quia ipsa est composita ex stipticitate ꝛ amaritudine. vnde abscindit libidinē. ꝛ laxat laxatione forti. **Jo. mes.** capitulo d̄ rosa. Rosa ē ex medicinis benedictis. in qua est virtus confortationē faciens ꝛ solutōē ꝛ male qualitatis permutationē. Et est ex ea ru. et alba. ꝛ de vtrisqꝫ est multoꝝ folioꝝ ꝛ densoꝝ et crispoꝝ: ꝛ alia paucoꝝ ꝛ planoꝝ. ꝛ melior est rubea vere rubedinis ꝛ paucoꝝ folioꝝ ꝛ planoꝝ. et ex albis est melior habens similiter. Et melior succus est cuius mater est rosa completa. sicca vero melior est: ī qua nondū cecidit complexio: est fri. in primo gradu: sic. in secundo. diuersaꝝ aūt naturaꝝ substantie cōposuerunt rosam: inter quas potest cadere separatio distinguens. componit enim ex partibus terreis ꝛ aqueis mediocribus dātib⁹ ei stipticitatē ꝛ substantiā. ꝛ ex partibus aereis: ꝓpter quas est in ea de dulcedine aliquid: ꝛ aromaticitas. ꝛ ex partibus igneis subtilibus a quib⁹ consistit perfectio ꝛ species dantibus ei amaritudinē ꝓpter qd̄ in abscisione amaritudinis ipsius q̄ remouetur ꝓpter solam exsiccationē eius nō resoluitur species. in abscisione rubedinis nō est plus rosa ꝙ homo mortuus. amaritudo autē in ea que recens est plus est stipticitate eius. Et prima eius operatio est ꝓpter amaritudinē suā: ꝓpter qd̄ rosa recēs: ꝛ ei⁹ ꝓprie succ⁹ soluit. cū aūt resoluit caliditas dans ei amaritudinē ꝓpter exsiccationem eius nominatur substantia eius stiptica faciēs cōstipationē. est aūt succus ei⁹ ca. fere ad primū gradū ꝓpter exclusionē eius a re terrestri ꝛ frigida. **Posse. Jo. mes.** Est aūt rosa resolutiua existēs extinctiua inflāmationū: confortatiua mēbroꝝ: coadunatiua partiū ꝛ constrictiua. ꝛ semen eius ī hꝰ est fortius. ꝛ similiter pili eius qui sunt in medio ipsius. ꝛ succus eius est resoluens. Et sicca quidē magis frigida ꝛ stiptica. ꝛ que nō ēst completa frigidior ꝛ stipticior. ꝛ alba in frigiditate ꝛ stipticitate plus est ꝙ ru. nō est in ea malicia: sed est ex debiliter soluentibus: vigorat tn̄ operationē eius aq̄ casei. Si enim succi ro. ʒ. i. misceatur cū aqua casei ꝛ pauca spica est solutiuū conueniens. ꝛ similiter infusio. ʒ. vi. folioꝝ rosaꝝ ī aqua casei cū pauco melle soluit sine molestia. Et syrupus fact⁹ ex succo eius est leuis solutionis. ꝛ similiter ponitur oleum eius ī emendatione medicinaꝝ acutaꝝ: sicut est scamonea ꝛ similia. Rose aūt condite cū melle abstergunt ꝛ mundificāt ꝛ confortant. ꝛ cōdite cū zucaro minoris sunt abstersionis ꝛ maioris confortationis ꝛ stipticitatis. ꝛ aqua earū que fit per infusionē mundificat ꝛ confortat abstergit ꝛ resoluit. Ea que fit per sublimationē est multe confortationis. neqꝫ est resolutiua ꝓpter resolutionē subtilis caliditatis eius in decoctione ipsius. ꝑ albas vero nō fit solutio aliqua de qua sit curandū. Et est in eis de stipticitate plus ꝙ in ru. neqꝫ adhuc sunt similes eis in confortatione. ꝛ scito ꝙ rose nō sustinent d̄ coctione aliqd oīo: ꝛ ꝓprie recentes. soluitur enim ab eis virtus sigillans abstersionem. ꝛ declaratur virtus eius stiptica faciens constrictionē. succus vero eius sustinet decoctionē aliquid mediocriter: ꝛ acquirit ei subtilitatem ꝛ bonitatē abstersionis. ꝛ oleū quoqꝫ factū ex ro. nondū completis est maioris infrigidationis ꝛ stipticitatis. cuius melius fundamentū est oleū oliuaꝝ medioꝝ in maturitate: aut sisaminū. Acetum aūt infusionis eius est medicina bona omnium confortatiuū. Succus eius ex aqua infusionis recentiū completaꝝ solutione educit cholerā. mūdificat sanguinē ab ea: ꝛ venas ꝛ articulos. ꝛ conuenit ictericie. ꝛ aperit opilationes epatis ꝛ stomachi: ꝛ mundificat ꝛ confortat ea. ꝛ confortat cor: ꝛ conuenit tremori eius. ꝛ educit materiā causantē eam ꝛ fe. cholericis. Rosa vero ꝛ oleū eius ꝛ aq̄ ipsius facta per sublimationē cōfortat cor: stomachum: ꝛ epar. ꝛ coadunat partes laxas mēbroꝝ. ꝛ confortat retentionē. ꝛ sedat dolores calidos mira sedatione. ꝛ extinguit ꝛ permutat malicias inflammationū: perimit: ꝛ sedat eas. ꝛ sunt ex medicinis facientibus dormire: faciunt tamen corizā ꝛ sternutationē. ꝛ obsunt catarris. ꝛ stringunt guttur: ꝛ confortant ea. ꝛ auferūt crapulas. Dosis potio succi rosaꝝ est ab. ʒ. vna vsqꝫ ad. ij. cū zucaro. Et potio syrupi facta ex succo eaꝝ est ab. ʒ. ij. vsqꝫ ad v. **Auic.** de viribus cordis dicit ꝙ cōfortat cor.

Harps .i. apium.

Hars .i. adeps.

Cap. 341.

Hascaba vel hasach ara. gre. abessech: vel tribolus: latine vero tribulus vel cicer imperatoris **Sera.** li. aggre. c. hascaba siue hasach auc. Dias. hascaba. i. tribulus: cuius due sunt species. prima agrestis nascens ī sterquilineis: ꝛ iuxta flumina ꝛ in littoribus cuius folia sunt similia folijs portulace: nisi quia sunt minora. ꝛ habet ramos longos super terram expansos ꝛ ꝓprie folia sunt spine dure. secunda vero species nascitur in fluminibus: cuius rami eleuātur super aquā. ꝛ habet spinas occultas ꝛ folia lata ꝛ ra

mulos longos in quibus sunt folia. et habet stipitē cuius pars superior est grossior inferiori. et est in ea res adherens ei subtilis: sicut capille spine aggregate: vel aculeo spine. et semen eius durū sicut semen alterius speciei. substantia eius est composita ex substantia humida pauce frigiditatis: et substantia sicca nō pauce siccitatis secundū suā frigiditatem. et illud qd vincit in silvestre est substantia terrea: et qd vincit in alia est substantia aquosa. Et sapor agrestis est stipticus. Est alia species que nascitur in regione badabas que dicitur sandarx q̄ datur ab incolis illius patrie animalibus pro cibo dum est humida herba ipsius. Et ex semine eius faciūt panē. nā ipz est dulce et nutrit: et sic vtūt eo loco pāis tritici. **Gal.** viij. sim. phar. c° de tribulo. tribulus est ex hūida sba moderate frigida: et sicca nō moderate existit. dominat aūt in terrestri quidē terreū frigidū et stipticū ondimus. in aquatili vero aquositas et ꝓptea vtraqꝫ ad phlegmonū: et omnino ad omnes influxiōes competunt. terrestres vero tribuli subtiliū partiū existentes. fructus lapides qui in renibus frangit bibitus. **Dias.** ca° de tribulo. tribuli genera sūt duo: siccus et humidus. siccus vero folia habet similia adragne nō tenera sed dura. haste sunt illi lōge et tenere porrecte sup terraz in quibus spine nascuntur. Nascitur locis fluuialibus et desertis. humidus vero in fluminibus nascitur: cuius coma super aquā extenditur: folia supernatant: spinas vero celat in aqua. folia latiora habet et longos ramos. hasta vero in initio in sūmo grossa est: deinde ad radicē tenuis habens in se tenues spinas sicut spica. semen est durz ambobus. virtus est illi stiptica desiccatiua. **Posse. Gal.** fructus eius frangunt lapides in renibus. **Dias.** tribuli faciunt ad īflāmationes: et ad ea que superoccurrunt. virtus est illis stiptica et desiccatiua. leptomeris etiā omnes tumores spargit. faucibus et gingiuis impositi opitulantur: melle addito naptas. i. oris putredines tollunt. succus eoꝝ nobilius collyrijs miscetur. semen eoꝝ calculos frangit et excludit. terreni vero semen. ℥. i. bibitū et impositum morsibus venenatis occurrit: dato veneno contrariū est vim eius vincendo. Elixatura eius sparsa pulices necat. In flumine tracie in stirmonia pallude de herba eius equi herbantur. semen eius quia dulce est eustomachū est. pro tritico de ipso panis fit vsui aptus. **Sera.** virtus eius est que probibz apostemata ca. ne confirmentur. et Sera. quidem ꝯfert omnibus membris ad que fluunt humores. sed semē tribuli agrestis quando bibitur frangit lapidē renum. et ambe eius species infrigidant et stipticant. et fit emplastrū cū eis apostematibus ca. et miscet cū melle: et curat alcolam: et putredines que fiunt in ore: et dolorē gingiuaꝝ. Et exprimitur succ⁹ ab eo: et administratur in oculis. et semen eius est humidū. conuenit lapidi renū et vesice. et quando. ℥. ij. bibuntur de prima specie ipsius: et fit emplastꝝ cū ea conuenit morsui tyri. et quando bibitur cuz cū vino conuenit medicinis mortiferis. Et qñ decoctio eius roratur super loca vbi abundant pulices occidit eas. ille vero qui nascit: et dr sādarx in regione badacas datur ab incolis illius patrie animalibus pro cibo: dum est humida herba ipsius. et ex semine eius faciunt panē. nam ipsuz ē dulce et nutrit: et sic vtuntur eo loco panis tritici. sandarx est bon⁹ dolori vesice: et stranguric. et augmētum magnum facit in spermate.

Cap. 342.

h **Asap** ara. grece calamos: latine calamus vel canna persidis. et est illa et eadē que est in hispania **Sera.** li° aggre. ca. hasap. auc. Dias. cannaꝝ quedam est que nominatur bastos: et est illa que nō est interius inanis ex qua fiūt baste sagittarum. et est que nominatur bublas et est femina. et alia est que vocatur syringias: et est cannosa longos habens nodos apta scriptoribus. et alia grossa inanis nascens prope aquas: et noiat tineas. et a quibusdam dicitur cochuas. et quidam nominant eam cacamineres: et est illa que nascit in paludibus. volo dicere ꝙ radix ei⁹ est inter radices iuncoꝝ: et est ad soliditatem tendens: cuius color est fere albus. **Dias.** capitulo de canna. canne species sunt quatuor. vna dicitur hastos ex qua sagitte fiunt. altera autez femina dicitur vnde fiunt ligule ad calamos. tertia species est nomine syringias robore solido et duro et nodis spissis quibus scriptores vtuntur. et ē quartū gen⁹ calami qd carax appellatur: et a pluribus cipron: qd genus maxime in irriguis locis nascitur et fructuosis: et illa est canna vsualis nostra. Est alia canna agrestis que grece dicitur caior: que est species graminis sicut apparet in littera agrostis: quā si animalia comedunt cito infert mortē: maxime illa que in vijs babylonie nascitur et in parnoso. hastas habet multas. folia sūt illi hedere similia: flos albus et odoratus. semen hz minutum et bonum: et radices. v. aut. vi. albas longas et dulces grossitudinē vnius digiti habens.

Posse. Gal. vij. sim. phar. capitlo calami frigmitis: et est vsualis calamus. radicem cū bulbis dicunt euellē spicula: et stimulos funditus. aliqui conscripserunt q̄ si attractiua ei in existente virtute: tamen non fuimus nos experti. q̄stum vero coniecturanduz est abstersiue particeps virtutis est nō pauce: nequaq̄ acris. folia vero viridia mediocriter īfrigidāt ipsa enim participant potentia abstersiua. radix quoqꝫ eius adusta subtilium partium satis et diaforetice virtutis fit habens quid et abstersiuū: vt calefacit et exsiccat secundū tertiuz gradum: et desiccat plus q̄ calefacit. cauendum est aūt a suo anchili: nam in auribus intrans offendit auditum vt fere faciat surditatē. **Dias.** radix canne vsualis cataplasmatibus adhibita cuz bulbis infixa corpi eijcit. aceto mixto dolores sciaticos mitigat. eius folia viridia cataplasmatibus

adhibita ignē sacrū compescūt. & duricies soluūt omnes. Coriū eius adustum & aceto tritū alopicias capitis emendat. flos autē canne si ī aures missus fuerit auditū tollit. tantū potest q̄tuz & cypria canna canna agrestis elixa in vino & melle addito & mirrhe dimidia parte & piperis: & libanotidi tertia parte: hoc medicamen oculoꝝ caligines tollit: quod medicamen in bussida enea reponi debꝫ Elixatura radicis eius tantū potest q̄tum & radix semen eius diureticū ē: nauseam prouocat. Ventrē stringit. Nascit̃ ī sicilia: quā ciues ipsi quilinia vocant: que si viridis comesta fuerit a bouibus apostemantur.

Basa herbai .i. virga pastoris.

Basan est medicina armenea ſm Auicē. est fortior euforbio. & cum eius potio augmentatur supra ʒ. interficit. calida est & sic. in tertio.

Basal .i. cepe.

Basalazir .i. cepe sine tunicis.

Basalasur .i. squilla.

Cap. 343.

Basas ara. grece mollibdo / siue molibdinos: latine plūbū vbi sciendū q̄ plumbū ex eadem vena extrahitur a qua argentuꝫ: cū vena teritur: & lauatur vt substantia terrea ab ea moueatur: & qd̄ mūdum est in cineratio ponitur: & actione ignis liq̄t quod supernatat vt spuma est lithargyriū: quo īde ablato cuꝫ instrumento remouēte sputū quod buliendo superstitit est plumbuꝫ qd̄ artificialiter cineratio delaborato in terraꝫ fluit: tamen quousq̄ cineratio remanet: qd̄ est purum argentū ponderosius plumbo in fundo residet. Nam multotiens hoc vidi sardinie in villa ecclesie: vbi predicta vena conti nue inuenitur. Sera. liᵒ aggre. caᵒ basas aucto. Gal. basas. i. plumbum. substantia eius est composita ex substātia aerea & substantia humida que fuit coagulata ꝓpter frigiditatē. & non est in ea substātia terrea nisi modica. & virtus eius est que infrigidat & humectat. Et signum q̄ in ea est substantia aerea est quādo infrigidatur raritas & mollicies corporis sui. crescit enim in q̄ntitate & pondere quando moratur īterius in locis frigidis & humidis. Et quando accipitur mortariuꝫ & pistellū ex eo: & ponitur ex eo oleum rosarum aut myrtinū aut citonioꝝ: & teritur in fortitudine fricationis: & vteris hoc oleo in medicamine apostematū calidoꝝ que fiunt in virga pectine & ano: & in vlceribus aut in medicamīe emoroidaꝝ. & conuenit apostematibus mamillarum. & est medicamen conferens multū. & secūdū hoc administratur ad omnē materiā que descendit ad pedes: & ad iūcturas aut ad partes alias vt ad apostemata calida & mala. & si administras hāc medicinā in apostematibus in quibus est cancer facit operationē mirabileꝫ. & q̄n fit ex plumbo lamina & ligatur stricta in pectine prohibet pollutōnes in somnijs: & infrigidat infrigidatione maxima. & si ligatur super contritionē neruoꝝ aut supnodationes eoꝝ dissoluit cito & curat. & q̄n plumbum teritur & linitur supra puncturaꝫ scorpionis marini conuenit. Et sunt quidā qui ponunt cū fricatura vel lotura plumbi: quā inuēies in. l. lotura medicinā que dicitur molibdinos: & replet vlcera profunda. & cōuenit fluxui sanguinis q̄n miscetur cuꝫ oleo. & conuenit vlceribus ani & emoroidibus a quibus fluit sanguis. & vlceribus difficilis consolidationis & corrosionis. & vniuersaliter virtus eiꝰ est virtus tucie. Aduritur aūt plumbū in hūc modū in olla noua puluerizata paꝝ sulfuris: deinde ponantur super eū lamine alique: & desup puluerizatur sulfur: & fit ita donec sit plena olla: deinde accenditur sub olla ignis: & q̄n plumbū fuerit īflāmatū mouetur cū ferro quousq̄ fiat sicut cinis: & nō apparet ibi aliquid de substātia plumbi: deinde aufertur ab igne: & oportet q̄ ille qui calefacit obturet nares suas quia fumus est valde nociuus Abluitur aūt plumbū adustū in hunc modū: habeas mortariū ex plumbo & pistellum ex eodeꝫ & ꝓijce aquā modicā: & misce fricando bene cum pistello illo donec aqua fiat nigra & spissa: deīde cola ipsum per pannū lineū: & facias duabus vicibus aut pluribꝰ si oportet: & post hoc dimitte residere in fundo & ꝓijce aquā aliam: & ablue sicut lauatur climia: & fac hoc donec nō appareat ī aqua nigredo: & fac inde trociscos: & serua de ista lamina: & eius virtutes latius inuenies in. l. lotura. Et scoria plumbi melior est illa que est similis sulfuri citrino in colore suo: grauis difficile frangibil̃ & nō habens admixtū plumbū: citrina clara similis in claritate sua vitro. & virtus eius est similis v̄tuti plumbi vsti: nisi quia est plus stiptica.

Basal .i. cepe.

Basalakir .i. cepe sine tunicis.

Basalasur .i. squilla.

Bascalech vel allessech. i. herba sparsa super terram habēs plurimos ramusculos faciens dcera spinosa: & est basaba.

Bascala .i. basaba.

Baschaba idem quod supra.

Cap. 344.

Basdane ara. gre. andragne latine portulaca. Sera. libᵒ aggreg. capitulo basdane. aliqui vocant eam herbam stultam vel piperellaꝫ: & est herba portulaca que omnibus est nota. Gal. vij. sim. phar. caᵒ de portulaca. substantia eius ē aquosa. & in sapore eius est stipticitas pauca. Et v̄tus eius est que infrigidat ī tertio gradu: & humectat in secundo. Dias. cᵒ andragne siue vt alij portulaca est omnibus nota: habens frigidam virtutem atq̄ redarguentē vt strignum & hisdem conueniens causis sꝫ p̄stantius. Posse. Sera. cōuenit portulaca habentibus inflammatōnem & incensionem & causonem in orificio stomachi & in omnibus hypocundrijs. & curat stuporeꝫ dentiuꝫ eo q̄ lenit & aufert asperitatem que est in eis ex acidoꝝ sapidoꝝ presentia ꝑpt̃ humiditatē

viscosam que est in ea. sed & succus eius similiter non solū exterius appositus:sed & bibitus refrigerat:& hoc quidē ipsi herbe accidit. & si tota comedatur:& conuenit vlceribus intestinoꝝ: leniens ipsa qñ sumitur in cibo. Eo vero ꝙ stipticat est cibꝰ idoneus:& conuenit fluxui matricis īmoderato. & succus eius fortior est in hoc:& infrigidat qñ ex ea fit emplastrū. & herba ipsa qñ comeditur facit h. Et idem auc. Ruffi debilitat visum & destruit eū & infrigidat corpus:& prohibet vomitum:& aufert libidinem. Dias. portulaca masticata vel comesta cū oxigaro fluorē sanguinis prohibet. & viscide stringit ꝓprie cū masticata vel comesta dentiū offensam que de īmaturis pomis fit:quā greci emodiā vocant sanat. In ardore stomachi portulaca cū aceto comesta mire iuuat tūsa & cū mollito ordeo mixta: & quasi malagna pāno inducta:& stomacho imposita mire febres tollit. fri. est nimis & hu. abundāter:modicū austera & ideo reprimit:& maxime choleram transmutās eam: & alienans in suam qualitatem nimiū infrigidando: propter qd causon febrientibus plus oībus iuuat in stomacho posita:vel in totis hypocūdrijs. stuporē etiā dentiū sanat masticata: et nō solum extrinsecus posita:sed potata infrigidat. succus eius similiter agit. & quia stiptica est dysentericis in cibo sumpta iuuat. & ad fluxum sanguinis mulieꝝ:& sanguinē reijcientibus succus eiusmire facit:quia viscide strigit. Rabi moyses portulaca curat appetitū luti. & valet ꝯ ligationē dentium.

Auic. li. secundo cap. de portulaca. succus portulace est magis vtilis operatiōis fri. est in tertio:hu. in fine secundi. in ea est stipticitas. prohibet fluxum sanguinis:& fluxus antiquos & ipsius nutrimentū est paruū illaudabile:& est resistens cholere valde. & fricantur verruce:& eradicat eas ꝓprietate sua nō qualitate. fit ex ea emplastrū in apostematibus calidis:in quibus timetᷣ putrefactio & herisipilla. cōuenit bothor in capite ablu to ex ea cōmixta cū vino. & delet stuporem dentium propterea quia lenit asperitatē:& sedat sodā calidā pulsatiuā. cōfert ophtōalmie: & ingreditur in alcohol. Et nimius vsus eius facit accidere pānum in oculo. eius succus prohibet sputū sanguinis propter virtutem suam ponticam. confert inflāmationi stomachi bibita:& more emplastri superposita. & conuenit epati inflammato:& prohibet vomitū cholericū:& debilitat appetitū. & fit ex ea clystere dysenterie intestinoꝝ:& solutioni cholerice. & conuenit doloribus renum & vesice & vlceribus. & abscindit plurimū desideriū coitus. Et existimauit filius mesarugie ꝙ augmentū facit in coitu. & videtᷣ ꝙ fit illud in complexione calida & sic. & ipsa retinet fluxum menstruoꝝ: & cōuenit vlceribus matricis. & conuenit aqua eius emoroidibus sanguineis. & eius succꝰ extrahit ascarides. et si assetur portulaca & comedatᷣ abscindit solutōez & conuenit fe. antiquis.

Haskam. i. omne qd est amaꝝ multū. & quidaꝫ dicunt ꝙ est colloquintida.

Hataban	.i. folium.
Hartarium	.i. polium mōtanuꝫ.
Hassatrerarai	.i. sal armoniacum.
Hatasir	.i. cepe muris.
Hating	.i. harronig.
Hatib	.i. armel.
Hatmac	hermodactilus.
Hatosis	.i. ceterach.
Hatoris	.i. acorus.

Cap. 345.

Hatros vel turgi siue obtrogi ara. gre. citrum vel pomū aque vel milia:latine vero citrum.

Sera. li. aggre. ca. batros. Citri non vna est natura. sed caro eius est illud qd est ī medio corticis. & acetositas eius generat humores grossos frigidos. sed cor eius:& est acetositas eius s. in qua est semen est acetosi saporis. & infrigidat & desiccat in secundo gradu. & semen eius est amari saporis. & est exsiccatiuū in secundo gradu:& diaforeticū. foliū est virtutis exsiccatiue & resolutiē.

Dias. citrum habet semen simile semini piroꝝ. Gal. septimo sim phar. ca. de citro ꝺm translationē grecaꝫ milia indica. i. citrum. huius fructus ab omnibus nominatur citrum. in semine quidē acida qualitas & siccatiua dominantur vt secundi sit gradus: siccatiuū & infrigidatiuū:in cortice vero siccatiua participat complexione:nō modicā habēs tamē acedinem. quocirca & siccat hic cortex ꝺm tertiū gradum:non tamen est frigidus: sed vel cōmoderate vel infra. Caro vero eius grossaꝝ partiū est: & phlegmatica & frigida. ipsa itaqꝫ comeditur sicut & cortex eius esibilis est. & humiduꝫ quid habet et acidum:de quo prius locutus fui. & quidem in co inuenitur qd vere est semen:amaꝝ aūt:& est palā quoniā diaforetice & siccatiue virtutis in secundo fere gradu accedens a cōmoderatis. & folia sūt exsiccatiue & diaforetice virtutis. Et idem eodem libro & eodeꝫ capitulo ꝺm translationē ara. batros i. citrum:& est pomū aque. cortex eius nō est frigidus:īmo est aut equalis complexionis aut minus equalis paꝝ. & exsiccat ꝗ̄tum est de virtute & complexione sua exsiccatione habente acuitatem non paucam. & ideo exsiccatio eius deuenit ad secūdū gradum. semen siccū in secundo gradu. foliuꝫ est eiusdem virtutis exsiccatiue & resolutiue.

Dias. cap. de citro. Citro non in partibus omnibus vis vna est eadē natura vl virtus. Nam medulle eius vbi est semen acidam potestatem ac per hoc stipticā inesse manifestū ē.

Auic. li. secundo capitulo de citro. Citrum omnibus est notum. & oleum ipsiꝰ factum ex eo:& ex corticibus eius est forte:& factum ex flore ipsius est debilius omni alio. cortex eius est ca. in primo:sic. in fine secundi. & eius caro est ca. in primo:& hu. in secundo. quidam aūt dixerūt ꝙ est fri. & hu. in secundo:& eius frigiditas magis est. & ipsius acetositas fri. & sic. est in tertio. & eius semen calidū in primo:siccū in secundo. Auic. capitulo ꝺ citro Cortex eius ē tē

peratus in caliditate. & est ca. in primo gradu: sic. in secundo. semen eius est ca. cũ forti siccitate. pulpa eius fri. & hu. **Posse. Sera.** qñ bibitur cũ vino semẽ ei⁹ habet potestatẽ contra medicinas mortiferas: et laxat ventrem. & quãdo ex decoctiõe. s. corticis ei⁹ aut ex succo eius fit collutio oris facit oris odorez bonum. & conuenit. s. acetositas pregnantibus quãdo habent desideriũ preter naturam: qd cõtingit eis propter impregnationem. Et dicitur q̃ quando citrum ponitur in pannis. s. cortex eius preseruat eos a corruptione. Et idem auct. Aben mesuay: proprietas corticis eius est qd facit bonũ odorem. & proprietas eius est q̃ extinguit calorez stomachi superfluum. & acetositas quãdo linitio fit ex ea conuenit empetigini: & aufert eaz. & decoctio eius conuenit cardiace. & facit appetitũ cibi. & incidit choleram. & abscindit fluxum ventris & vomitum. & extinguit calorẽ epatis. & de ꝓprietate eius est auferre tristiciã. Et hec est proprietas sui rob: sed ipsum nocet pulmoni & neruis sua acetositate & grana sua sunt de numero medicinaꝝ conferentiũ venenis: quando ex eis sumitur aureus vn⁹ cũ aqua tepida: & ponitur super locuz morsus & molliunt. **Dias.** citrum pregnantibus fastidiuz vẽtrẽ. laborantibus esui datuz stomachum a nausea mundat tritum. & in potione vini datum medetur querelis iecoris. & aqua tritum et insparsum humidis vulneribus adhibetur. & permonibus ex ea singulare presidium est. cortici austerior natura concessa que q̃tum valeat etiaz de ipso odore testatur medico sumptus: aut potioni calide diutiul immense beneficium nature digestionis o. **Auic.** caro eius inflat. & folia eius seperat. dant inflationẽ. & eius flos ẽ sbtilior eis. & eius acetositas est stiptica frangẽs choleram rubeã. & eius semen & cortex sunt resolutiua & cuz ponitur eius cortex in pannis prohibet tineas. & eius odor rectificat corruptionẽ aeris: & pestilentiã. & acetositas eius abstergit choleram rubeã & aufert pannũ. qd est ex cortice eius adustũ ẽ bonum in albaras linitum. & decoctio ei⁹ efficit odorem bonum oris. & est ĩpinguatiua corporis. & cortex eius recentis in ore odorem oris efficit bonuz: & eius decoctio similiter cũ retinetur in ore. & acetositas eius valet empetigini illinita. oleum eius valet mollificationi neruoꝝ: & nõ fiat nisi ex cortice eius & conuenit paralysi. & ipsius acetositas est mala neruis. confert torture oris cũ fit collyrium ex acetositate eius. & remouet ictericiã oculi. Eius acetositas sedat tremorẽ cordis ca. & nutritũ ẽ bonum gutturi & pulmoni. sed eius acetositas ẽ mala pectori. & medulla citri cum aceto si potatur ex ea medietas astariati interficit sanguissugas trãglutitas & educit eas. caro ipsius est mala stomacho inflatiua tarde digestionis: quare oportet vt comedatur cũ almuri. & similiter nutrita cũ melle est sanior & magis recipiens digestionez: & nisi sit plurima. & eiusdem quidẽ folia confortant stomachum & viscera. & postea flos ipsius & cortex eius ponitur in cibariis sicut semina que pro cõdimẽto ponuntur propter sui duriciem. & ipsius decoctio sedat vomitum cholericũ: & facit appetitum & oportet quidem ne citrum comedatur singulariter q̃ non misceatur cibo ante se & post se. Eius caro facit vtentem se possidere colicam. & ipsius acetositas retinet ventrem: & cõfert solutioni cholerice. & eius semen conuenit emoroidibus. & ĩ ei⁹ semine est virtus solutiua. & succus acetositatis ei⁹ sedat infirmitatẽ sciaticam mulierum. seminis ei⁹ pondus. ij. ʒ. cum vino & chilem & aqua calida illinitũ resistit venenis omnibus: & proprie scorpiõis bibitũ aut linitum. & eius cortex est vicinus illis. & succus acetositatis conuenit morsui vipere bibit⁹ & cortex eius pro emplastro suppositus est vicin⁹ illi. & idem de viribus cordis ait q̃ cortex eius cõfortat cor. & est tyriaca contra venena. & ad hoc valet acetositas eius similiter. Paulus capitulo d̃ citro. Cortex eius digestionem confortat. & valet cõtra cardiacam. media substantia eius male digeritur. sed interior. i. acetosa competit vsui medicine: appetitum confortat. & valet contra febres pestiferas. semina eius sunt diuretica. Rabi moyses vbi loquitur de citro: dicit q̃ cortices citri valent contra egritudines stomachi: & expellunt maliciã intestini ieiuni. & acetositas eius confortat spiritus. Auerois capitulo de citro. cortex eius habet manifestum iuuamentum stomacho & epati. Medulla citri curat combustiones ignis et excoriationez ex itinere & ex omni re calefaciẽte: & potissime ex sole & psilotro. & curat mirabiliter ramicez puerorum: & potissime si ex ea fit vnguentuz illo modo Accipe medullam citri subtiliter incisaz et buliat in axungia porci recenti: & postea coletur per petiam: & iterum reponatur ad ignem: & in fine misceatur mastix olibanum & cera alba: & erit optimuz vnguentum citrinum. aliqui conficiunt ipsum cuz citro & axungia tm̃: sed est minus bonum: & postq̃s colatum est non reponitur iterum ad ignem. fit similiter alio modo vnguentum de citro secundũ q̃ inuenies in antidotario minori Gal. quod ibi ĩterpretatur vnguentum citrinum. Sed attendẽdũ q̃ quando aliquod vnguentum vel emplastrum fit ex citro debet fieri ex citro bene maturo. Naz secundũ q̃ dicit Auic. diacitruz. & que fiunt ex citro debent fieri ex citro sole existente in capricorno. i. a medio decembris vsq̃ ad mediũ ianuarij.

Cap. 346.

h **Atronig** ara. gre. titranolia: latine resina vel rasa vl' gluten arboris grani viridis. vbi sciendũ q̃ resina potest appellari omne gũmi q̃si resuma a resudo resudas: inde apparet hoc vocabulum ad designandum gũmi cappini. qñ simpliciter inuenitur istud gũmi nostro idiomate vocatur rasa: sed quando ponitur cum determinatiõe dicit gũmi illius plante ad quam fit determinatio vt resina picuina. i. pini: vel resina timiamatis vel resina pruni. vñ Dias. resina picuina quã nos abiulem dicimus &c.

Sera. libro aggre. capitulo batronig siue batin aucto. Dias. batronig. i. resina. et sunt eius species diuerse secundum diuersitatem arboris a quibus colligitur. Nam quedam colligitur ex pinu quedam non ex pinu: sed ex arboribus alijs. sed illa que est ex pinu masculo que dicitur com: et hec est colofonia que fit quando frigitur vt possit teri et fit abietis que est in liquida substantia et frixa in patella vt possit redigi in puluerem: et etiam vocatur resina erudita vel carponata: et est colofonia pro quo .l.l. colofonia. Et quando non frigitur est illa resina que vocatur rasa sicut apparet in littera test. Ubi sciendum quod quando ponitur resina pini simpliciter debet intelligi rasa. sed quando ponitur cum alia determinatione debet intelligi de illa resina ad quam determinatio illa cadit. Est et alia resina que colligitur ex pinu que dicitur chiranolia: et est arbor cuius fructus sunt grana magna et est alia cuius pinus dicitur citharanda: et est arbor iachuc: et facit fructum paruorum granorum. et de ea quedam est que fit in pinu per se absque artificio sicut illa que fit in arbore masticis: et quedam fit ex artificio incidendo arborem. melior autem omnium specierum est illa que est boni odoris: clari coloris: non multum existens arida: nec multum humida: similis mirrhe: facilis fricationis et fractionis. Idem aucto. Gal. Et omnes iste resine sunt calefactiue et dissolutiue et mundificatiue. et de eis quedam habent subtilitatem paucam: et quedam ampliorem: et quedam habent stipticitatem: quedam vero non. et melior omnibus speciebus gluctinis est glucten romanum: et est mastix. sed ceterarum specierum gluctinis melius est glucten albotin: et est terbentina: et in isto non est stipticitas manifesta sicut in mastice: et est in eo cum hoc amaritudo: et propter hanc causam dissoluit plus quam mastix. et est in eo res que abstergit adeo quod curat scabiem. et ipsum quidem attrahit ab interioribus plus quam alijs speciebus gluctinis: et est subtilius alijs. sed glucten quod est de specie pini que dicitur cophi: et illud quod est ex pinu que dicitur chitranolia: et est pinus magna sunt acutiora quam glucten albotin verumtamen non resoluunt neque attrahunt plus ipso. et glucten pine magne habet plus de hac proprietate quam glucten pini que dicitur cophi. et glucten pini parue: et glucten arboris que dicitur alacri in gluctine albotin cum hoc est aliqua mollificatio: et postea in mollificatione est mastix. sed glucten cipressi habet puncturam et acuitatem. et glucten quod dicitur kaches est simile gluctini albotin. et dixit in almiemir gummi pini que dicitur sachilis est sudor arboris pini que facit fructum magnum: et est fortius sudoribus omnibus arborum in calefactione: quemadmodum sudor arboris albotin est minus calidus et minus desiccatiuus quam sudor aliarum arborum. et sudor pini que facit grana parua est minus quam sudor magne in desiccatione et calefactione plurimum. Et idem aucto. Dias. Resina arboris grani viridis: et est terbentina defertur ex terris arabum et ex terris alijs etiam: sed est illa que defertur ex terris alcheades: cuius color est albus similis colori vitri: declinans colori celesti: habens odorem bonum inferens odorem arboris sue. est autem melior omnibus resinis: post ipsam uero mastix: et post ipsam est iachut: et est ex arbore ceamdicaris: post ipsam est resina arboris dicte alacti: et post ipsas in bonitate est resina cophi: et est aret et resina pini: et omnis resina arze. et omnes iste resine sunt calefactiue et dissolutiue et mundificatiue: et sunt conferentes tussi et vlceribus pulmonis: et sputo sanguinis. et terbentina cum hoc mundificat pectus. et quando fit cum ea sola loboc: aut cum melle prouocat vrinam: et mollificat ventrem. et conuenit ad faciendum abradere pilos palpebrarum qui pungunt oculos. et quando miscetur ziniar et calcantum conuenit scabiei vlcerose: et auribus a quibus fluunt humiditates. et meliores quidem istarum resinarum omnium sunt ille que sunt splendentes: et ex gummi vel resina iacuth: et est resina locaman. melior est illa que est humida et defertur ex partibus gallie. et resina pini et cipressi sunt debiliores quam resina iacuth et resina alacti: et non habent virtutes quas habent iste quamuis administrentur loco earum. Sed masticis virtus propinqua est virtuti terbentine. Coquuntur omnes iste resine in hunc modum: resina ponitur in vase capiente quadruplum eius quod sit ex ere: et ponuntur in eo resine libre .ix. et aque pluuialis libre .xviij. et coquuntur bene super prunas et mouetur semper cum continuatione: et coquuntur donec desiccetur desiccatione forti: et fiat facile frangibilis: ita quod frangatur cum digitis: deinde reponatur in vase fictili: fit enim alba sic preparata et cocta. oportet autem quod coletur resina in hunc modum: illa videlicet que est humida ponatur super prunas: et quando inceperit coagulari adde sub ea prunas multas: et coquatur tribus diebus et noctibus donec fiat talis sicut diximus supra: et repone et serua. illa vero que ex his fuerit sicca sufficit quod decoquatur die vna tota a mane vsque ad noctem. et iste quidem resine sic decocte conueniunt in confectionibus vnguentorum odoriferorum: et in vnguentis que resoluunt lax tudinem: faciunt nam quam ea odorifera et melius colorata. Colligitur fumus ex istis sicut colligitur fumus olibani: et est conueniens in cohol. et fiunt ad pilos palpebrarum et corrosionem lachrymalis oculi. et conuenit prurituí palpebrarum et lachrymis. et fit ex eo encaustrum ad scribendum. Et idem auctoritate albugeri: Resina confert ad exituras duras. et quando puluerizatur super vlcera que fiunt in cute capitis cum balaustia curat ea: similiter autem et alia vlcera que fiunt in corpore. Gal. viij. sim. phar. capitulo de resina secundum translationem arabicam omnes species gluctinis calefaciunt et desiccant. Dias. capitulo de resina secundum translationem grecam. Resina lachrymum est arboris. omnis autem desiccat et calefacit et diaforetica est. alia quidem plus: alia quidem minus. merito ergo precedit omnes resina que ex scino: que mastix nominatur: quia magis stipti

ca: vnde stomachum et epar et ventrem defectum corroborat: et ad inflationes eorum iuuat absque molestia: et aliquantulum acredinis habet: et ideo leptomeris est: preterea terbentina precellit: nam et diaforetica plus quam mastix: ita vt proijciat et scabies sanat: et profundas plagas et vulnera magis repleat et purget.

Hatuc	.i. lignū aloes.
Haturion quid est. l. l. centaurea.	
Hatunox	.i. celidonia.
Hazarascen	.i. rhaphanus.
Hazad	.i. galbanum.

Cap. 347.

Hazarachona ara. vel bestercaton: grece pipersilium: latine psillium.

Sera. libro aggre. capitulo hazarachona aucto. Dias. hazarachona est herba habens folia pilosa: virgas habens longas mensura vnius palmi: et tota herba pilosa. et exitus ramulorum eorum est a medio virge: et sunt in ipsa capitella duo vel tria rotunda: in quibus est semen simile pulicibus nigrum et durum: et est illud quod ex eo administratur. **Gal.** viij. sim. phar. circa finem capitulo de psillio secundum translationem grecam. Psillium semen eius maxime vtile est: ex secundo gradu infrigidantium: ex complexione vero que est secundum siccationem et humectationem medium est quodam et moderatum. **Dias.** secundum translationem grecam capitulo de psillio. Pipersilliū aut quinnofolion quem siculi dicūt chrystallum: aut squinnomella: folia habet coronopoclion similia et aspera. virgam habet duobus palmis longā cuius frutex pilosus spinosa est: coma eius a medietate incipit virge in qua capitella duo aut tria sunt constricta: in quibus semen est pulicibus simile nigrum et durum: nascitur in campis.

Auic. libro secūdo capitulo de psillio. Psillium quidem est duorum modorum: hyemale et estiuum: et potio cuiuslibet eorum fit pondus. ij. ʒ. melius est illud quod est magis grossum: quod submergitur in aqua frigida. et est humidum in secundo. Plinius capitulo de psillio. Psillium herba est similis ambre faciens semina sicut semina lini: sed minora et subnigra quasi tendentia ad purpureitatem: quorum semen est melius quod submergitur in aqua. dicta est herba sic eo quod semen simile pulici habeat. et ideo ista herba sic dicitur infra a quibusdam pulicaris: eo quod semen factum est ad similitudinem pulicis: vnde psillos idest pulex.

Jo. mes. capitulo de psillio. Psillium est de alterantibus complexionem et solutionem facientibus. et eius solutio fit proprie lambificando. Eius autem aliud est album: aliud subnigrum: aliud ad purpureitatē declinans. Melius est quod est completum et grossum: et est grauius et submergitur in aqua compositum ex duabus substantijs que separari possunt inter quas ē cortex separatus. est enim duplex in eo substantia scilicet medullaris interior: et est in ea substātia expansa supra corticem ipsius. substantia autem interior medullaris ca. est et sic. ī quarto gradu: et ē acuta vehementer incisiua rubificatiua et vlceratiua: et est de genere veneni. substantia autem eius exterior supra corticem est ex multum infrigidantibus. Et dixit Ruffus: est fri. et humi. in tertio et excessit. Et dixit Dias. in secundo et est verius. Jngt eiz Hippo. in epidimijs: non enim eleuatur res frigida iuncta cum hu. supra secundum gradum. Et dixit Gal. humida res non transgreditur metam vsque ad quam potest extendi regimē hominis: propter quod non inuenimus humidum esse causam dolorum inquantum humidum: sed inquantū potest esse cum materia: que quantitate sua mouetur ad solutionem continuitatis. Quod ex eo conquassatum est cum aqua fontium frigida: et fit muscillaginosum: et bibitur sicut est: et proprie cum oleo violarum aut syrupo violarum soluit ventrem: quod autem ex eo frixum est et conquassatur cum oleo rosarum est medicina fluxus ventris et dysenterie. Contritum autem nullo modo potui propinādū est. occultat enim contritio substantiā eius medullarem vlceratiuā et excoriatiuam. **Posse.** **Sera.** auct. Dia. habet virtutem infrigidatiuam quando fit emplastrum cum eo et oleo rosarum et aceto et aqua: et cōuenit doloribus iuncturarum: et apostematibus que fiunt in radice auris: et concussioni neruorum. Et quando fit emplastrum ad ramicem puerorum et ad eminentiam vmbilici infantium curat eos. et cōuenit ad sodam cum oleo rosarum et pauca aqua et aceto. et quando oportet ex eo fieri emplastrum accipiatur de ea quantitas aliqua et teratur et infūdatur in aqua: et quando inspissata fuerit aqua ipsa non extendatur: et fiat emplastrum: quoniam ipsum infrigidat infrigidatione forti. et stringit et aufert lachrymas oculorum. et conuenit ophthalmie calide: et dolori capitis quando infunditur ī aqua linita pēna fronti apponitur. et quando aqua eius bibitur cum zucaro extinguit feruorem acutarum fe. et sitim: et soluit ventrem. Et idem aucto. Aben Mesuay sedat dolores pungitiuos ventris. et lenit asperitatem vlcerum et intestinorum: et abscindit tenasmon. et conuenit dolori capitis qui fit a caliditate. et succus foliorum eius est ex medicinis laxatiuis propter frigiditatem et humiditatem que sūt in eo. et cura nocumenti eius est cum medicinis calidis et siccis. Et idē auctoritate Habix: semen psillij est sicut coriandrum humidum: quando datur ex eo parum sedat inflammationem cholere: et ebulitionem sanguinis calidi: et adustionem febriū calidarum acutarum. Et si datur in potu de musci

lagine eius conuenit habentibus birsen: et sedat si tim eorum magnam. et laxat quidem ventrem. Et si datur in potu crudum et assatum stringit ventrem Similiter etiam faciunt semina lini et semina marubij et grana myrti et semen portulace: et semen ozimi. laxant enim cruda: et stringunt assata. Et quantitas eius que datur de psillio est. ʒ. ij. infuso in aqua donec egrediatur muscillago eius: et bibatur cum zucaro albo: aut cum iuleb. et folia psillij quando emplastrantur super apostemata in principio aperitionis eorum refrigerant ea. et si potetur ex ea parum conuenit egritudinibus que fiunt a sanguine et nimis ex eo acceptum inducit syncopim in ore stomachi et fortasse occidit: quoniam nimium ex eo est venenum. Et cura eius est quod detur in potu mel bulitum cum aqua calida: et aqua aneti sicci.

Jo. mes. psillium conquassatum cum aqua frigida sicut diximus solutione educit choleram: et conuenit feb. multe inflammationis. et siti vehementi ca. et sedat inflammationem spiritualium: et lenit pectus. Et conquassatum sicut diximus conuenit fluxui cholerico: et dysenterie: et fluxui menstruali: et proprie post potum scamonee et medicinarum acutarum. Dosis eius est a. ʒ. i. vsque ad. iij. timeat autem ipsum habens debilitatem viscerum. Auic. Quod ex eo frixum inuolutum in oleo rosato stipticum est et sedat dolorem more emplastri superpositum cum aceto. administratur etiam conquassatum cum aceto super apostemata calida: et formicam: et herisipillam: et proprie que sunt sub aure: et super phlegmatica fit ex eo emplastrum tensioni neruorum et ipsorum spasmo: et podagre: et doloribus iuncturarum cali. cum aceto et oleo rosarum conuenit siti vehementi cholerice. eius quod ex eo frixum est pondus. ij. ʒ. et inuolutum in oleo rosarum stringit et conuenit dysenterie: et proprie infantium. et quod ex ipso muscillaginosum est: et ipsa muscillago ipsius cum oleo violarum soluunt si bibatur: et tunc sedabit inflammationem fe. acutarum.

Harcem alsachi	.i. epatica.
Hazechir	.i. opoponacum.
Hazetel	.i. perforata.
Hazir	.i. porcus.
Hazienis	.i. feniculus.
Hazipor	.i. pentafilon.

Cap. 348.

Hkas arabice: grece tragma: latine lactuca. et sunt eius tres species. vna est que vocatur lactuca agrestis: quam greci sarallam vocant: cuius thyrsus in modum secunde est: et est species scariole: sicut apparet in littera cicorea. alia species dicitur lactuca asini: quam si vis scire lege ipsam in proprio capitulo. Et alia species que dicitur lactuca domestica que omnibus est nota: de qua hic loquimur.

Gal. vi. sim. phar. capitulo de lactuca secundum translationem grecam: lactuce domestice virtus est que infrigidat et humectat sicut aqua non extranie: sed sicut aqua stagnorum vel lacunarum vel fontanarum: et ipa est que generat sanguinem bonum. lactuca agrestis est similis domestice: nisi quia stipitem habet maiorem: et folia eius sunt albiora folijs eius et subtiliora et asperiora: et sapor eius est amarus: et est in virtute sua similis papaueri nigra. Dosse. Gal. calid. phlegmonibus congruit: necnon paruis herisipillationibus: non tamen potens est maioribus sufficere. Est autem ex cibis sedantibus sitim. Semen vero bibitum contra gomoream idest effusionem spermatis cohibet: vnde et somniantibus datur: sicut etiam semen agrestis lactuce. liquorem citius colligit: caliginem mundat: necnon insuper vltionibus apta est subiuncta cum lacte femineo. Et idem secundo de cibis capitulo de lactuca secundum translationem grecam. nosce autem oportet ex omnibus oleribus paucissimum et cacochimum sanguinem generantibus ex lactuca: non multum quidem neque cacochimum: non tamen euchimum perfecte sanguinem generari. comedunt autem ipsam vt ad multum quidam crudam. quando autem extiterit circa productionem seminis estatis tempore preelixatam in aqua dulci offerunt cum oleo et garo et aceto: aut cum aliquo salsamentorum: et maxime quecunque eorum que cum caseo preparantur. vtuntur autem ipsa et antequam in stipitem impetuauerit per aquam elixantes: sicut et ego nunc incepi ex quo dentes habeo praue. sciens enim aliquis amicorum in consuetudine quidem mihi ex multo tempore olus hoc: laborosam autem nunc habens masticationem induxit decoctionem. vtebar autem lactucis in iuuentute quidem calefaciente mihi continue superiori ventre infrigidationis gratia. Cum autem ad perfectam etatem veni remedium mihi erat solum olus hoc vigilie. econtra quidem cum iuuenis eram studebam circa somnum. Consuetus enim vigilare voluntarie in iuuentute: simulque et prouectorum etate lente vigilans inuoluntarie grauabar: et mihi solum pharmacum vigiliarum erat de sero comesta lactuca que humidum et frigidum habet succum: non tamen cacochimus est. propter hoc ergo neque non digeritur alijs oleribus: similiter neque retinet egestionem: neque prouocat. et hec merito ipsi accidunt non habenti austerum aliquid neque ponticum a quibus disponitur vt ad omne venter sicut et a salsis et a pungitiuis totaliter abstersiuum aliquid habentibus prouocatur ad egestionem: quorum ipsorum neque aliquid inest lactuce. Sera. libro aggre. capit. hklas virtus lactuce domestice est quod conuenit apostematibus cali. et herisipille et semen eius quando bibitur abscindit distillationem humiditatis spermatis. et conuenit pollutio-

ni que fit in somnijs. Et idem auctor. Gal. in libro de cibis. lactuca generat sanguinem bonū in fine bonitatis. et ego quidem commendabam lactucas quando eram iuuenis: quia in stomacho meo generebatur cholera: et sic frigidabam ipsum: et nunc etiam postquam senui comedo eas lixas: ideo quia nō reperio aliquam herbam cū qua possem curare vigilias sicut cū ipsa. humor vero qui generatur ex ea est frigidus et hū. et neqꝫ ex ea accidit nocumētum sicut ex alijs oleribus. et non stringit ventrem nec laxat: quia nō habet stipticitatem neqꝫ salsedinē neqꝫ acuitatem. Idem quoqꝫ auct. dias. lactuca domestica ē bona stomacho et infrigidat ventrem: et facit dormire: et prouocat lac. et quando ipsa decoquitur ē magis iuuatiua. et quādo cōmeditur sic euellitur sine ablutione. conuenit illis qui conquerūtur de stomacho suo. et assiduus vsus commestionis earum obtenebrat visū. et quando fit emplastrum cum ea cōuenit apostematibus calidis et herisipille: dūmodo non sit vehementis inflammationis. Sed semen eius bibitur. et valet contra fluxum ventris. et extinguit libidinem et pollutionem seminis in somnijs. sed quando lactuca emiserit stipitem suum: tunc efficitur virtus succi et lactis ipsius similis virtuti lactuce agrestis et papaueris nigri. Et idem auctoritate Rufi: lactuca quidem curat egritudines que fiunt ab ebrietate quando sumitur: sed ipsa nocet intestinis. et lenit ventrem. et abscindit libidinem. et facit dormire. Item quando coquitur cum oleo sisamino et comeditur expellit ictericiam. Et est medicina bona opilationibus narium et corize quando comeditur in ieiunio cocta cum oleo sinapium. et lac lactuce domestice cū emittit stipitē abstergit vulnera que fiunt ī tunica cornea. lac vero lactuce agrestis positum in fronte inducit somnum. et quando fit collyriū cum eo et lacte iuuencule conuenit vlceri cornee. et placat dolorem capitis. et prouocat menstrua. et curat morsum rutule scorpionis. **Auic.** libro secundo capitulo de latuca. Lactuca ex ea est domestica et siluestris. Et illa que est siluestris est similis in virtute papaueris nigri. Et idē aucto. Gal. nō est in frigiditate eius que domestica uel hortulana est applicatio ad vltimum.

Hearsel	.i. lactuca asini.
Hearsebas	idem quod supra.

Cap. 349.

Headi vl' keadi ara. et ē abesanida. **Sera.** libro aggre. capitulo headi. est herba que nascitur in terris arabum in partibus hamen: et est illa qua aromatizatur oleū qd dicitur oleū keadi. et narrauit mihi ille qui vidit ꝙ est vna ex palmis habens latitudinem: et quando egrediuntur gramina eius abscindunt illa gramina anteqꝫ aperiantur. et apparet in flore eius odor bonus: et artifex cornatilium lenificat colores suos ne sint liuida cum capite headi. et ipsum est grossum: et habet vesicam et molliciem.

Heiron uel heyron est regio in qua antonomatice dactili abundant: et oriuntur in ea meliores et pinguiores et dulciores omnibus alijs aliarum regionum: et sunt mediocris figure non longi neqꝫ multum parui pingues satis et dulcissimi. et meliores ex eis sunt citrini et rubij: ut apparet in littera potab. illud vocabulū ponit' in antidotario Mesue in electuario de dactilis: et etiam in lohoc d pino: et etiam in. v. Auic. in electuario diasinicon. et ꝙ heiron sit regio patet per Auic. in predicto lib° et predicto electuario.

Heisistides	.i. hypoquistidos.
Heisbelem	.i. semperuiua.
Heil	.i. cardamomū min'
Helbace	.i. cardamomū mai'
Heiregi	.i. turbit.

Cap. 350.

qui participat albedine. Melior vo omnib⁹ est citrinus: ⁊ post ipsum purulentus: ⁊ in hoc differt exceraſcen cū bezaar: ⁊ expositio eius cōtra venenū. ⁊ minera eius est in terra ſyri ⁊ indie: ⁊ in terris orientis. ⁊ multi lapides assimulant̄ ei qui nō hn̄t ſuā ꝓprietatē: neqꝫ approximant ei in opationibus aliquib⁹. ⁊ quidā est qui dr̄ cobohori ⁊ marian: ⁊ est lapis ī quo nullus errat: ſed multi errāt in alio qui dr̄ chindos. ⁊ est lapis multe bonitatis mollis tactu. Et idē auc. Raſis bezaar est lapis citrinus mollis nō habens saporē. vñ lapis est vgēs ad citrinitatē ⁊ albedinē habens colorē vini: ⁊ ē leuis splendens sicut lumen. Posse. Sera. lapis bezaar cōuenit venenis. ⁊ qñ bibit̄ ex eo pondus. xij. granorum ordei: aut linimentū fit cū eo sup locum morsus liberat naturā a morte: ⁊ expellit venenū p sudorē. ⁊ qñ ponit̄ lapis in anulo: ⁊ ponit̄ in ore ipius qui sumpsit venenū: ⁊ fugit id: ⁊ aliqn̄tulū conuenit ei. ⁊ qñ tangit̄ cū illo aculeus scorpionis ꝓhibet ab eo postmodū potentiā pungendi. ⁊ si terit̄ de eo pondus duoꝝ granorum ordei dissoluitur in aqua: ⁊ ponit̄ in ore serpentis: suffocat eū statiꝫ ⁊ occidit. Idem auc. Raſis. ⁊ ego vidi in ipso sufficientiā ad auferendū nocumentū: ⁊ erat lapis ille quē vidi vergens ad citrinitatē ⁊ ad albedinē hn̄s colorē vini: ⁊ cū hoc erat leuis splendens sicut lumen. ⁊ iam vidi in eodē sufficientiā illā quā nō vidi in alia medicina simplici: imo etiā qd̄ non vidi tyriacis cōpositis. Idem auc. bahamed. lapis iste bazaar cōuenit veneno scorpionis. ⁊ qñ portatur in anulo: ⁊ sculpe in eo imaginē scorpionis luna existente in scorpionis signo: ⁊ aspiciēte ascendēs deinde sigilla cū eo olibanū luna existente in scorpione: qd̄ tritū exhibe patienti ad potandū: ⁊ euadet. Et inquit auc. abdallaanarach. vidi lapidē bezaar filij amari custoditoris legis dei: ⁊ est veꝝ ꝙ ipse emit hunc lapidē: ⁊ dedit pro precio ipsi⁹ palaciū cordube in principio guerre.

Cap. 399.

Lapis frigi⁹. Dias. ca⁹ de lapide frigio. tres hꝫ species. vna est metallica: q̄ in cypro nascit̄: ⁊ de ꝓfundo lacu ascendit que est terrosa: ⁊ post hoc sole siccatur: postea vo ponit̄ in medio: ⁊ circuitur sarmento ⁊ cōburitur. vnde difriges dictus est: quia in sole siccatur ⁊ sarmento: vt apparet si leges difriges. Altera vo species est feces eximinis: sicut siľr feces eraminis sic et hec colligit̄: gustū habēs eri vsto siľeꝫ. tertia spēs cōficit̄ sic: lapis qui dr̄ peritides colligit̄ ⁊ ī fornace ꝑponit̄: ⁊ vt calx ꝑburit̄ q̄diu colorē sāguineū faciat: ⁊ collectus reponit̄. vtilis est vo qui gustu stipticus est: eris vsti habēs saporē: ⁊ linguā fortius siccans velut alumen. vñ si cōburat̄ pro difriges vendit̄. virtus est ei stiptica ⁊ serātica: purgatoria: ⁊ lipidatoria: ⁊ ī modū niuis refrigeratoria Sera. li⁹ aggre. ca⁹ de frigio lapide. frigius lapis sunt eius tres species. vna in cypro nascitur solum: ⁊ est substātia ex gleba terrea nascitur sub petris ⁊ in aqua: ⁊ ī illa insula: que ꝑusqꝫ extrahit̄ de sub aqua desiccat̄ in sole: ⁊ post q̄ adurit̄ desiccat̄ super terrā circūpositis lignis Species vo alia est fex eris: que colligit̄ qñ purgatur es: ⁊ hoc qñ refusum est es: ⁊ ꝓijcitur aqua super ipsum donec infrigidatur: ⁊ extrahit̄ a boti ⁊ est formula in qua ꝓijcitur ⁊ repitur sub eo hec spēs: ⁊ hꝫ stipticitatē eris ī sapore suo. Tertia vo species fit ex marchasita: qñ pluribus reb⁹ coquit̄ vt calx: ⁊ qñ fit color eius sicut color magre: ⁊ extrabitur a fornace ⁊ reponit̄. ⁊ quidam putant ꝙ sit species quarta: ex eo que est ex lapidib⁹ ex quibus trahitur es. nam qñ incidunt̄ in crusibulo in quo inflatur es: extrahunt̄ post lapides: reperitur ex eo postea satis. Melius aūt ⁊ electius est ille in cuius sapore reperitur sapor eris ⁊ ziniar. ⁊ est stipticū desiccans linguā fortiter sicut alumē. virtus eius est cōposita: quia est virtus stiptica et calida parū. Posse. Dias. lapis frig⁹ crescētes suꝑflue carnes vulneribus equat. cicatricē ducit. fluores vlceꝝ cohibet. vulnera maligna ⁊ pascentia curat. apostemata spargit: cera ⁊ r̄sina addita oīa siľr facē potest. Et idē auc. Gal. virtus eius est que incarnat ⁊ cōsolidat incarnatione ⁊ cōsolidatione bona. ⁊ cōfert vlceribus corrosiuis. ⁊ cōuenit specibus squinancie: ⁊ vlceribus oris postqꝫ ablutus est. ⁊ ꝓhibet cursus humoꝝ venientiū ad aliqd̄ membrum ⁊ ego iam administraui ipsuꝫ post incisionē vulneris statim: ⁊ vsus fui in ipsa donec fuit ꝯsolidata ⁊ curata. ⁊ cōuenit vlceribus que fiunt in pectine et ano. Et idē Sera. ego reperi ex ea multum in spelunca que est extra ciuitatem cordube.

Cap. 400.

Lapis margarite latine: arab. hager allulo siue albalo margarita: vel perna est que in ostreis reperitur. alie sunt perforate: ⁊ alie nō perforate. ⁊ ꝑforate sunt artificiose facte ⁊ nō naturaliter. sꝫ nō perforate que naturales sunt meliores sunt perforatis: ⁊ ideo qñ in medicinis ponunt̄ nō perforate intelligunt̄. sed sunt alique obscure ad citrinitatē tendentes nō perforate que perforatis equipollent: ⁊ ideo eligende sunt clare ⁊ albe. que vo obscura ⁊ q̄si albida est: nō est ponēda ī medicinis. Sera. libro aggre. capitulo hager albalo aucto. Rasis. margarite deferunt̄ a maritimis. ⁊ sunt fri. ⁊ sic. in secundo gradu. Et idem auc. Isaac ex eis sunt grossiores ⁊ parue. sed grossiores ex eis sūt meliores paruis. ⁊ clare meliores obscuris. ⁊ equalis superficiei meliores angulosis in figura sua. Albertus in lapidario suo capitulo de margaritis. ⁊ margarita lapis est in ostreis inuentus. melior aūt ex india venit. multi aūt de britannio mari qd̄ nunc anglicū dr̄: ⁊ versus flandriam ⁊ theotoniā inueniuntur: ita ꝙ ego in ore meo decē in mensa inueni. iuuenes aūt concule habent meliores. coloris aūt sunt ac si parua lux penetraret in multū album: ⁊ ideo nitentes: cū tñ sint albe fertur ꝓpter tonitrua quasi abortiēdo eas ostrea

u

euomunt: et in fluminibus inueniunt in mesella: et in quibusdam gallie fluuijs inter arenas. Posse. Alber. vtus earū est exp ta in cōfortatione spirituū: et cōtra cardiacā et syncopim. valent etiā cōtra fluxum sanguinis lienteri cum et diariā. et habent virtutē cōfortatiuā. Reparant enim spiritus subtiles vt quidā dicūt: sed falso: imo mēbra eorū asperitate a superfluis abstergunt: et ea quasi cōstringunt: et coartando ad vnum ducunt: et ita cōfortant. Sera. margarite sunt desiccatiue humiditatū. cōueniūt debilitati cordis. et sunt cōuenientes in cohol. et sūt fri. et sic. in 2° gradu. Et idē auc. Atabari: cōferūt obscuritati visus: et albedini oculi: et sordicieb' ei'. et retinent menstrua. et abstergunt dentes. et desiccant humiditates. Et idē auc. Isaac: cōferunt cardiace: tremori cordis: et accidentibus a melācolia aduenientibus ex malicia humorū: et hoc ideo: quia clarificāt sanguinē cordis qn̄ est ingrossatus ī corde. et desiccant humiditatē que est in oculo: ppterea quia fortificant neruos oculorū. et qn̄ dissoluūtur margarite: et linit' cū eo baras aufert eā postq̄ linit' statim. Auic. de viribus cordis dicit q cōfortant cor.

Cap. 401.

Lapis hiacynthus latine: ara. hager hiacynthos.

Sera. li°. aggre. ca°. hager hiacynthos: sūt eius tres species vna est coloris rubei. secūda est coloris citrini. tertia est coloris cabali: et coloris antimonij. et rubeus est melior alijs: et qn̄ incendit' super eū ignis rubescit multū: citrinus vō pōt stare sup ignē minus: sed cabali nō pōt stare super ignē quin destruat' stati. Albertus in suo lapidario. hiacynthorū duo sunt genera: aquaticus. s. et saphyrinus. aquaticus ē flauus albescēs ac si peruiū aque desuper flauo perspicuo erūpat: et supare cōtendat: et hic est vilior. et inuenit' in illo genere ru. aquescens: in quo etiā superat pueitas aque. Saphyrinus aūt est flau' valde perlucidus quasi nihil habēs aqueitatis. et hic est melior: et iō hz tria noīa. dr̄ enim aliquis hiacynthus saphyrinus: et in ethiopia sm̄ plurimum sui repitur. et dicunt quidā aquaticū esse qd̄ est aquaticū ceruleū. Est aūt generaliter durissim' vt se vix sculpi p mittat. Posse. Albertus: ō expertis est q est frigidus: et cōfortat corpora sicut omne frigidū qd̄ stringit virtutē corporū int'. In de āt ligatur] physic] dr̄ q collo suspēsus vel digito portatus tutū reddit pegrinū et gratū hospitibus. et valet cōtra pestiferas regiones. et expertū est q somnū puocat ppter suā frigidā cōplexionē. Saphyrinus aūt specialiter hoc habere dr̄: q virtus eius est cōtra toxicū. aiunt etiā q cōfert diuitias: et naturale ingeniū bonū reddit: et leticiā cordis. Sera. est aūt virtus hiacynthi q quiportauerit secū ipsum ante sigillationē factā cū eo fit tutus a fulgore: ita q nō cadit super eū. virtus hec est multū diuulgata inter homines. Auic. de viribus cordis dicit q confortat cor.

Cap. 402.

Lapis cornelius latine: arabi. hager albatheth siue salachil

Sera. libro aggre. c°. hager albatheth. sunt eius multe species et multe minere. defert' enim ex terris iameni et ex maritimis romanorū. et melior ex eis est q est plus trahens ad rubedinē. est aūt ex cornelio species alia similis in colore suo aque: que distillat a carnibus salsis: in quo sūt linee albe infixe. Albertus in suo lapidario. Cornelius quā quidā corneliū vocāt: lapis est coloris carnei: hoc est ru. obscuri: sic carnis lotura. h apd̄ renū fluuiū inuenit' frequētissime: et est valde ru. colorē hn̄s fere sicut miniū. et qn̄ polit' multū nitet. Posse. expertū est q stringit sanguinē: et pcipue menstruorū: et emoroidarū. fert' etiā iras mitigare. Sera. virtus istius lapidis est: q qn̄ ōfertur in anulo reprimit iracundiam et cām litis ante iudicē. et reprimit fluxū sanguinis vndecūq exeat pprie et sanguinis menstrui. et quādo fit ex eo dentifrigiū abstergit sordes dentium et dealbat eos: et facit eos pulchros.

Cap. 403.

Lapis rubeus minus q̄ hiacynthus: q arabice vocat' hager albigedi.

Sera. li°. aggre. ca°. hager albigedi siue albuzedi. hiacynthi rubedo est magis placabilis hoīb' eo q n̄ sit in eo obscuritas aliqua. minera aūt huius lapidis est in terris orientis: et qn̄ defert' a minera sua est obscurus: sed qn̄ excoriat eū aurifex detergit' bonitas eius: et apparet et clarificat. Posse. Sera. si qs ligauerit nō videbit portans in nocte somnia mala neq timorosa. et si ille qui aspexerit in sole tantum q visus eius est debilitatus tergerit cū eo oculos suos cōuenit ei. qn̄ ille lapis fricat' ad capillos capitis attrahit festucas sicut magnes ferrum.

Cap. 404.

Lapis ziazaa latine: ara. hager aliazaa

Se. li°. aggre. ca°. hager aliazaa. Aliazaa sūt multe species. est lapis qui ōfert' ex iamē: et ex terris syri. et melior est ille q defert' ex iamen: et est lapis in quo sunt colores multi diuersi: vt albedo et nigredo et alij: et nūq̄ est coloris sinceri. et nō est visum hominibus de iamen nec de regionibus eorū q aliquis portauerit secū: aut ponat in domo sua hunc lapidē quin viderit in somnijs mirabilia: et cū hoc facit portantē se esse litigiosum inter homines. et qn̄ suspendit' super infātes auget bauas eorū. et si fiat vas intus ad comedendū vel bibendū quicūq comederit vel biberit in eo nō pōt dormire. et qn̄ puluerizat' et aspargitur hiacynth' cū puluere ipsius meliorat colorē eius multū. et est lapis qui est durior inter omnes lapides.

Cap. 405.

Lapis aquile latine: ara. hager athamach vel echites.

Sera. libro aggre. capit'o hager athamach Lapis est indus: qui cū agitat' audit' intra ipsum lapis alius. et minera eius est in montibus indie inter chimoas et larandi iuxta littora oceani. et vocat' a grecis alleuians partū: et hec proprietas est inuenta ī h' lapide agle. Et idē auc. Rasis: athamach est medicina īdie. et est lapis similis castanee: nisi quia habet colorē vellereū. et qñ agitas ipsum auditur intra ipsum lapillus. et qñ frangis eū egredit' ille lapillus: et est sicut auellana vergens ad albedinē. Et idem Rasis libro de proprietatibus dixit q est lapis similis ouo: et habet intra se lapillū. Albertus in lapidario suo: echites lapis gēmarum optima est: coloris punicei. et vocat' a quibusdam aquileus: et ab alijs erodialis: eo q aquile hunc ducunt ad nidum suum iuxta oua sua collocantes eundē sicut grus inter duo cua que facit collocat. hoc enim experti ad sensū in colonia vbi grues fetus fecerunt multis ānis in quodā horto inuenit' aūt echites fm generis plurimū iuxta littora oceani: vbi est optimū genus ethideoꝝ q sūt heredes auiū. dicitur aūt q in persia aliquādo inueniunt. Est aūt modus eius q in se continet aliū lapillum qui in ipso sonat quando manu mouet'.

Posse. Sera. Hic lapis aquile dicit' naz cū aquila vult parere oua sua defert hunc lapidē masculus a partibus indie: et supponit eum aquile: et facit eaz parere facile: et alleuiat eius dolorē. et hoc idē facit mulieribus: et omnibus animalibus quando ponitur sub eis in hora partus. Et idem auc. Rasis: quando ponit' in petia: et suspendit' mulieri in cossa qñ debet parē facit accelerare partū cū facilitate. et sū expertus hoc: et inueni sic esse. et omnes concordāt in hoc q alleuiat partū quando alligat' cosse et iuuat. quando ponitur loco peonie inuenit' ad curādum. iste lapis inuenit' apud nos et q̄3 plures. et vificaui de eo multotiens experientiā. Enax in lapidario capitulo de lapide aquile ait: q suspensus ī sinistro brachio conuenit pregnantibus: et concilliat amorem. diuicias auget vbi fertur. et in pregnātibus impedit aborsum. et periculum parturitiōis mitigat. prohibet casum caducoruz. similiter si de administratione veneni aliquis suspectus sit in cibo illo prohibetne possit ab eo deglutiri cib' ille. Si lapis subtrahat' mox deglutiet. Albertus: fertur aūt q si suspensus in sinistro brachio conuenit pregnantibus. et conciliat amoreꝫ. et diuicias auget vbi fertur. et in pregnantibus impedit aborsum. et piculum parturitionis mitigat. et ait q prohibet casuz caducoꝝ. similiter et qđ his mirabilius est tradunt caldei q si de administratiōe veneni aliquis suspectus sit imposit' in cibo illo prohibet ne possit deglutiri cibus: et si lapis subtrahatur mox deglutitur. querunt aūt aquile hunc lapidē et imponunt nido suo: et grues inter oua sua: ſ3 in vno anno ponunt vnū: et in alio alium. dicunt autē quidā q faciunt ad mitigandū calorē ouoꝝ vel corporis aquile ne oua nimis calefiant: et hoc est pbabile. quidam aūt dicunt aliquid conferre ad eoꝝ formationē aut viuificationē. q aūt quidam dicūt q lapis ab alijs auibus ouis īterponatur ne oua frāgantur falsum est: quia citius ad lapidē q̄3 ad seipsa collisa franguntur. Aiunt aūt aliqui q si aliqs suspectus de administratione veneni: cū lapis iste cibo īmittitur statim a cibo strangulatur. et quando subtrahit' transglutit cibū ī q̄ positus est lapis. Lapis dabagreg qd est lege lapis smaraldus.

Cap. 406.

Lapis gagates secundū Dias. capitulo đ lapide gagat̄. inuenitur ī lycia circa ripā fluminis qui gantes appellatur: coloris nigri. et est aliuś pallid' et quasi lucidus vl' pallidus mediocriter leuis valde: vt solus super aquam natans inter alios lapides inuenitur: cuius est melior qui facile exarserit igne: et odorem aspalti habens medicine aptus. et secundū Pli. optimus est qui ad lucernam accendit'. Enax in lapidario suo: gagates et karabe quē quidem dicunt lapidem de genere gēmaruz: ego tamen reputo ipsum esse gūmi agiros: et īuenitur in libya et britānia iuxta maris littus. et abundāter inuenitur in mari: quod attingit aquilonarē partem theotonie. et in anglia frequenter inuenitur: et est duplicis coloris: nigruz. s. et croceum: et est perlucidum et glaucum: et declinans ad pallidū est iūctum cum citrino colore. Confricatum aūt trahit paleas: et incensū ardet sicut thus.

Posse. Dias. gagatis virt' ē diaforetica. venena excludit. emplastris podagricis miscet'. accensus in aqua ardet. et oleo et extinguitur. solum aqua solutus dentes mobiles confirmat. et rigores precordiorum: et dolorū euersiones facit. incensus serpentes fugat. epilepticos prodit. incenditur et in aqua mittitur: et per triduū de eadem aqua datur parturienti et liberatur. demonijs et omnibus maleficijs resistit. virginitateꝫ deprehendit. fictilia ex eo vasa scripta non delent' mulieribus si desint menstrua hunc lapidem tere et pone super carbones ardentes vt iterum euaporet circūtecta pānis: et purgabitur sine noxia et dolore. Sed sciendū q Dias. hunc lapidē vocat quoniam apparet vt lapis: et ideo dicit est vt gēma vnde anuli fiunt: sed in lr̄a agiros dicit q est lachrymū agiros. i. populi arboris. Enax: ꝯuenit hydropicis et fluuidis. et confirmat dentes: vt aiunt. de expertis aūt est q lotus aqua pro fumigationib' inferius suppositus prouocat menstrua. fertur etiā q fugat serpentes. et valet contra ventris et stomachi subuersionem. et contra fantasmata melancolica: que quidem demones vocant. Aiunt aūt de expertis: q si colatura et lotura eius cum rasura detur virgini bibere q retinebit eum et nō minget. si aūt nō est virgo statim mingit: et sic dicunt probari an aliqua sit virgo. dicunt etiaz valde valere cōtra laborem parturientis. Si vis scire latius generationem istius lapidis lege electrum.

Cap. 407.

Lapis celidonius secundū Dias. in pprio capitulo inueni-

Vidi lapedem aquile

tur in ventribus hirundinuз : cuius gña sunt duo niger ⁊ rufus : qui colligūtur captis pullis hirundinū:⁊ scissis eoꝝ ventribus inueniuntur. Albert⁹ rufus inuolutus panno lineo vel corio vitulino:⁊ sub sinistra assella gestatus dr̃ valere contra insaniam ⁊ antiquos languores:⁊ lunaticam passionē ⁊ epilepsiam eodem modo portatus. Enax autē dicit ꝙ facundum gratum ⁊ placentem reddit gestantē se. niger aūt vt Joseph dicit cōtra nociuos humores ⁊ febres ⁊ iras operatur. ⁊ lotus aqua sanat oculos. ⁊ ad finē inceptū perducit negocium ⁊ si inuoluitur folijs herbe celidonie dicit̃ obfuscare visum. Sunt aūt hi lapides parui valde:⁊ tales iam vidimus per socios nostros de stomacho hirundinū extractos de mense augusti: tunc enim extracti magis valere dicunt̃. vt frequenter aūt duo simul in vna hirundine inueniuntur. **Posse. Dias.** rufus quidē sanat lunaticos ⁊ languidos ⁊ insanos in pāno mundo ligatus:⁊ in sinistro brachio egroti circūligatus. preterea facit gratissimos portantes se facundos:⁊ amabiles:⁊ idoneos. Niger gestatus similiter optimū finē imponit. ad omnes iras regum ⁊ dominoꝝ idoneus est. nam qui eū habuerit oib⁹ placebit:⁊ ad arbitriū suū cūcta pducet. sз cui dolent oculi terit̃ cum aqua ⁊ inunguntur ⁊ sanabunt̃. sed cū tollunt̃ lapides cauendū ne pater aut mater prope sit: quia meliorē effectum habebunt. niger aūt in pāno lineo croco tincto missus tertianas:⁊ quotidianas:⁊ quartanas cōpescit. aduersus omnē humorē aptus est excellenter:⁊ contra iras ⁊ minas. ⁊ lotus aqua sanat oculoꝝ dolores. ⁊ ad finē inceptum ducit negociū. sed si voluatur in folijs celidonie obfuscat visum. Sunt aūt lapides parui valde:⁊ tales vidimus per socios nostros extractos de stomacho hirundinuз in mense augusti.

Cap. 408.

Lapis allectorius f̃m Dias. in proprio capitulo inuenitur ĩ ventribus galloꝝ gallinaceorū crystallo similis vł aque limpide. ⁊ ait Albertus ꝙ iste lapis est nitens crystallo obscuro similis. extrahitur autem ex ventriculo galli gallinacei postꝙ̄ castratur vltra quartū annum. ⁊ quidaз dicunt ꝙ post nonum extrahit̃: ⁊ est melior de gallo decrepito. maxima aūt huius q̄ntitas est inueta ad q̄ntitatē fabe. **Posse. Dias.** qui secuз habuerit inuict⁹ erit vt a multis probatum est. naз gladiator habēs eum in ore inuictus permanet:⁊ sine siti. similiter ⁊ reges eum habentes fortiter bellabant:⁊ expulsi a regno nō solum propriam dominationē: verū etiam alienam receperunt. mulierib⁹ proderit portatus qui volunt placere viro: nam probos ⁊ speciosos reddit portantes se.

Cap. 409.

Lapis chrysolitus secundū Dias. in proprio capitulo lucidissimus est ⁊ similis auro. Albertus lapis chrysolitus est in colore habens tenuem viriditatē lucidam: in qua ad oculum solis micat vt stella aurea:⁊ nō est rarus. **Posse.** dicit̃ ꝙ spiritualia confortat: propter quod tritus asmaticis datur. fert̃ etiam ꝙ perforatus:⁊ setis asini in foramen repletus: ac sinistro brachio alligatus fugat timores melancolicos pessimos:⁊ hoc dicit̃ in physicis ligaturis. In auro etiā positus ⁊ gestatus fugat fantasmata. ⁊ dicunt quidam ipsum stulticiam pellere ⁊ sapientiaз aduducē. **Dias.** hic applicatus rasur̃ aurifilateriū est: ⁊ tutamē aduersus nocturnos timores. pertusus ⁊ traiectus cū setis asini: ⁊ ĩ brachio sinistro ligatus omnia demonia vincit.

Cap. 410.

Lapis excbenos secundū Dias. in proprio capitulo : alb⁹ est ⁊ speciosus: quo solent aurifices aurum limpidare. **Posse. Dias.** curat stomaticos potatus cuз passo ⁊ aqua. similiter amentes sanat potatus ad venereas voluptates mirifice facit bibitus: quia nō patitur diu eos fatigari. soluit etiam vesicā dolentē: nam portatus partum sine egritudine cōseruat:⁊ velocitateз parturientis facit circumligatus femori.

Cap. 411.

Lapis agathes siue agapis secūdum Dias. in proprio capitulo: habet maximā virtutē. s. qui colorem habet similem pelli leonis. Isaac beniamin. agathes autē lapis niger est albis venulis in quodam modo speciei lapidis albescen. ⁊ inuenitur alius modus eiusdem speciei : qui similis est corallo. ⁊ tertium genus plurimū sui in creta insula nascitur: quod habet in nigro venas croceas. est quartum genus indicum ⁊ varium quasi sanguine sit aspersum. **Posse. Dias.** valet ad morsum scorpionis alligatus vel illinitus cum aqua statim tollit dolorem tritus:⁊ vulneri aspersus: vel in potione cum vino datus viparuз sanat morsus. portatus facundum suadentē: amabilem:⁊ gratū portantem facit. Isaac beniamin: primū quidē genus aptum est ad regum formas: que lapidibus insculpuntur. ⁊ plurimi lapides habent capita regū insculpta:⁊ cum iacent ad caput dormientis fert̃ oñdē multa simulachra somnioꝝ. Tertiū aūt genus quod creticum est facit vt adiuuet vincere pericula. ⁊ viribus conuenit cordis. gratuз:⁊ placentem facit: vt dicit enax. ⁊ coloris facit hominem boni ⁊ facundum : ⁊ iuuat euз contra aduersa. genus autem indicum visum fouet. ⁊ valet contra sitiз ⁊ venenum. Cum autem accendit̃ odoriferꝫ est valde.

Cap. 412.

Lapis galactides secundū Dias. in proprio capitulo: colore est cinereus: gustu dulcis: qui tritus lacteum colorem emittit. Albertus: lapis galactides quem quidem galactidem vocant lapis est similis cineri:⁊ secundū plurimū inuenitur in nilo: ⁊ acheloo flumine.

Posse. hic tritus dat saporez lactis:ꝛ succū.ꝛ in oꝛe clausus turbat mentē dicitur etiam in de ligaturis physicis: ꝙ ligatus ī collo replet vbera lacte.ꝛ alligatus femoꝛi mulieris facit partus faciles. Aiunt etiam pastoꝛes egypcii : ꝙ si vespere contusus cum sale mixta aqua oues circumspergantur vbera eoꝛum replent lacte:ꝛ fugatur ab eis scabies. ꝛ generaliter dicitur contra scabië valere. **Posse. Dias.** hic p⁹ balneum ieiuno datus cum musa vel aqua lactis copiam ministrat. vel ex ouis grauidate lana filo facto ꝛ ptusato lapide circa collũ ligatur letheus dicitur: qa pꝛecedentia mala in obliuionem adducit:ꝛ gratiosum reddit.resistit iniurie ꝛ fasino doloꝛem liberat dentium circunligatus. ꝙ si mulieri difficulter parturienti filo facto de lana ouis fecunde ligatus fuerit circa femur dextrum continuo pariet sine doloꝛe:quia obliuisci facit. dicitur etiam ꝙ tenax est:nam in iudicio litigantes vincere facit.

Lapis eratides idem quod supꝛa.

Lapis letheus idem quod supꝛa.

Cap.413.

Lapis medus secundum Dias. ī propꝛio capitulo:niger ē qui tritus emittit croceum coloꝛez. Albertus: lapis medus vl' medo dicitur:quia a regione medoꝛum fertur:vbi plures inueniūtur. Sūt autē huius species due:vnus niger ꝛ alter viridis **Pos.** huius virtutem esse dicunt contra veterem podagram.oculoꝛum cecitatē ꝛ freneticam passionem. etiaʒ refouere dicitur fessos ꝛ debiles. fertur etiam ꝙ fragmenta nigri si ī aqua calida missa fuerit:ꝛ siquis in aqua illa lauerit incurrit membroꝛum excoꝛiationem:ꝛ si ex ea biberit peribit fomento. **Dias.** est autem duplicis potētie:scilicet bone ꝛ male. nam tritus in cote medicinali cum lacte muliebri que semel creauit pꝛimo partu puerum:ꝛ inunct⁹ albugines curat oculoꝛum:ꝛ omnem illoꝛum doloꝛem etiam si desperatus fuerit medere.podagricos eodem modo cum lacte ouis que semel genuit masculum sanat.renes ꝛ anhelitus: ꝛ interioꝛes partes coꝛpoꝛis hoc medicamen pꝛeparatum habeas in vase vitreo vel argenteo:ꝛ perfice ieiunus ad vindictam quoqꝫ supꝛa cotez:ꝛ da cui vis:ꝛ lauet faciem ꝛ exsiccabitur. Siquis autem ex eo biberit pulmonē vomet.opoꝛtet autem bibenti paululum dare vt non satietur.inuentus est autem iuxta fluuium fasin.

Cap.414.

Lapis armenus secundum Pli. in propꝛio capitulo est dictus ꝛ nominatus a regione illa:ꝛ est liuidus ꝛ subalbidus. cuius melioꝛ est habens colorem medium inter viridem obscurum terreum ꝛ indum:ꝛ habet macularum distinctiones virides et nigras. **Auic.** libro secundo capitulo de lapid armeno est aliquantulum azulini coloꝛis:non tamen est in coloꝛe azuli : ꝛ non est in eius soliditate:sed est in eo arenositas quedam ꝛ quandoqꝫ vtuntur eo tinctoꝛes et pictoꝛes loco azuli:ꝛ est leuis tactu. **Jo. mesue** lapis armenus inquit Alexander a verificatoꝛibus est inuētus habere pꝛerogatiuam in educendo choleram nigram:cuius operatio incolumioꝛ est helleboꝛo nigro:ꝛ virtuosioꝛ lapide lazuli. Melioꝛ est habens coloꝛem mediuz inter viridem obscurum ꝛ terreum ꝛ indum.ꝛ habet macularum distinctiones virides ꝛ nigras : et qui non est in termino lapidis:immo facile dissolubilis puluerizabilis : ꝛ qui est lenis tactu carens asperitate ca. complexionis in pꝛincipio secūdi : ꝛ sic.in ipo:ꝛ est resolutiuus:abstersiuus:ꝛ est ex cōturbantibus:ꝛ subuertentibus stomachum:ꝛ educit per vomitum ꝛ ventrem:ꝛ nocet stomacho generans subuersionem:ꝛ faciens solutionem cū angustia. Et dixit Alexander:nō lotus soluit per vomitum:ꝛ per ventrem cum laboꝛe. lotus autez soluit per ventrem sine molestia. Ars autem in lauādo ipsum est hec: teratur cum facilitate in vase lapideo: deinde fundatur super ipsum aqua dulcis ꝛ lauetur sic terendo:ꝛ fiat illud trigesies semper innouando aquam: ꝛ adhuc decies lauetur cū aq̄ rosarum. Et dixit alchindus: lauetur cum buglossa post depurationez eius:acquiritur enim ei pꝛopꝛietas mirabilis ex hꝭ ad egritudines melācolicas. **Posse. Auic.** soluendo educit melācoliaʒ plus q̄ lapis lazuli:ꝛ pꝛopter ipsum dimittitur helleboꝛus niger. **Jo. mesue** educit solutione choleram nigram cum virtute: ꝛ mundificat cerebꝛum ex ea. ꝛ valet ad egritudines ei⁹ melācolicas:sicut est mania ꝛ vertigo:ꝛ doloꝛ capitis ꝛ epilepsia:ꝛ ad egritudines timoꝛis ꝛ suspicionis:ꝛ ad lepram: ꝛ ad egritudines splenis:ꝛ ad cancrum:ꝛ moꝛpheam:ꝛ fe. melancolicas. Dosis non loti potio est a.ʒ.5. vsqꝫ ad.ʒ.i.5. ꝛ loti potio ē a.ʒ.i. vsqꝫ ad.ʒ.

Cap.415.

Lapis berillus secundum Dias. propꝛio capitulo lucidissimus est ꝛ clar⁹ similis oleo. Albertus in lapidario suo in pꝛopꝛio capitulo : lapis berill⁹ est coloꝛis pallidi lucidi transparentis vt limphe : ꝛ quando voluitur in eo videtur moueri aqua.secundum plurimuʒ autem eius generatio est in india: sicut ꝛ multarum aliarum gemmarum. sunt autem multa genera ꝛ modi in specie lapidis istius:sed melioꝛem esse ferūt:qui magis pallet:ꝛ plures habet guttas que videntur in ipso manere. **Posse. Dias.** sculpitur in eo locusta marina: ꝛ sub pedib⁹ eius coꝛnicula : ꝛ sub gemma ponitur herba sauina modico auro inclusa:gestat amoꝛem coniugi ꝛ maioꝛem omniuʒ facit.preterea ad oculoꝛū vicia facit: ꝛ ad omnem valitudinem si aquam in qua missus fuerit potui dederis. ructus ꝛ suspiroꝛos ꝛ epatis doloꝛem curat. Albertus:fertur autē habere opera multum contra pericula hostiuʒ: et

contra lites ꝛ reddere inuictum: ꝛ in moribus dicitur efficere: ꝛ ingenium bonum dare. medicorũ quidam dicunt ꝙ valet ꝛ contra pigritiam: ꝛ contra suspiria: ꝛ eructuatiões. ꝛ ꝙ valet oculis humidis. Expertum est autẽ ꝙ quando rotundatur et oculo solis apponitur ꝙ aduritur: ꝛ ignem accendit. dicunt autem ꝙ coniugium conciliat inter virum ꝛ vxorem.

Cap. 416.

Lapis alabastrides secundũ Dias. in proprio cap. est satis manifestus Posse. Dias. est laxatiuus: mollit deniqꝫ duricies: ꝛ stomachi dolorem ceroto admixtus.

Lapis corallus secundũ Dias. ꝑprio capitulo maximas habet virtutes: pro qua lege bassad.

Cap. 417.

Lapis lacteus est lapis secundũ Auicē. libro secundo capitulo proprio: qui cum fricatur aqua egreditur ex eo quoddam sicut lac. ꝛ hic quidem lapis est cinerei coloris: dulcis saporis.

Posse. Auic. teritur cũ aqua ꝛ seruatur quod resoluit ex eo in pixide plumbi: ꝛ cõuenit initio apostematum. ꝛ sit ex eius fricatione alchohol: ꝛ ꝓhibet cursum superfluitatum ad oculũ: ꝛ vlcera in ipso accidentia.

Lapis galactides idem quod supra.

Cap. 418.

Lapis vesice est qui in vesica generatur.

Auic. libro secũdo in proprio capitulo: dixerunt quidam ꝙ frangit lapidem renum ꝛ vesice: sed Gali. dixit ꝙ nihil horum est.

Lapis molaris secundum Auic. in proprio capitulo omnibus est notus: ꝛ est stipticus.

Cap. 419.

Lapis piritis Pli. in proprio capitulo: Lapis piritis durissimus est: qui ꝛ si ferro percutiatur: scintillas emittit ꝛ ignem. Cassius felix in proprio capitulo: lapis piritis idest focaria: a quo per allisionem calibis vel alterius rei dure ignis euolat sed Gal. in epistola ad Glauconem exponit lapis piritis idest lapis militaris: quod quidam intelligunt de lapide lato super quẽ solent ignẽ ꝯferre.

Posse. Pli. vires habet in similitudinẽ cadimie. facit proprie ad oculoꝝ claritatem.

Lapis vocarius idem quod supra.
Lapis militaris idem quod supra.

Lapis lagia est similis ossibus elephantis: est fusci coloris ꝛ quasi subrufus.

Cap. 420.

Lapis lincis: Enax in proprio capitulo: fit ꝺ vrina lupi ceruarij micta: ꝛ in montibus coagulata: qui in domo seruatus generat optimos fũgos supra se quolibet anno. dicitur valere contra dolorẽ stomachi: ꝛ ictericiam: ꝛ fluxum ventris.

Cap. 421.

Lapis sistos: Enax in proprio capitulo: est fusci coloris et subrufi: oblongas arestas siue pinulas non habens erectas: vt alumen scissũ Enax.

Posse. vires habet fortiter cõstringẽtes.

Lapis spongie est lapis inuentus ꝛ ortus ĩ corpore spongie: ꝛ ad quid valet lege affegi albach.

Lapis de barchim quid est lege famechi.

Cap. 422.

Lapis stellatus: Enax in proprio capitulo: est ꝺ genere marmorum habens maculas ex auro. ꝛ eiꝰ est alius albus qui dicitur lapis marchasita. alius indus clarus celestis: ꝛ vocatur lapis lazuli: pro q̃ lege lapis lazuli. ꝛ quandoqꝫ minera fert vtrũqꝫ simul. ꝛ quandoqꝫ est alius coloris viridis: ꝛ vocatur lapis chrysopassus; vt apparet si leges lapis chrysopassus.

Lapis sidiricis .i. scoria ferri.

Lapis hydras. i. lapis ex nostris aquis generatus

Cap. 423.

Lapis trachius: Enax in proprio capitulo: ē lapis niger: nascitur in ponto amne qui est in egypto

Posse. Enax habet vires sicut gagates: ꝛ dicitur accendi parum ab aqua: sed extinguitur ab oleo.

Cap. 424.

Lapis quadratus secundũ Pli. in egypto inuenitur: similiter ꝛ in ethiopia: ꝛ exalbidus est.

Posse. Plinius: vires habet stringentes: vnde necare dicitur conceptum.

Cap. 425.

Lapis glatides: Plinius in ꝑprio capitulo: velut cinereus est gustu dulcis Posse. Plinius: latenter humectat ꝛ leuiter ꝯstrĩgit: ꝛ ideo facit ad lachrymas oculorum.

Lapis moroechus secundũ Pli. in proprio capitulo inuenitur in egypto: ꝛ est pallidus.

Cap. 426.

Lapis flogmus secundũ Plinium in egypto inuenit̃ aurosum: ꝛ flamineum habet colorem

Posse. Plinius: illinitus fronti somnũ inducit.

Lapis preparatorius corij. i. pumex: pro quo lege famechi.

Lapis vlcam idem quod supra.
Lapis archadi .i. lapis gagatis.
Lapis lincurius .i. lapis lincis.
Lapis discaltis .i. scoria eris.
Lapis litarmenum .i. lapis lazuli.
Lapis keme quid est lege keme.

Lapis berzat idem quod supra

Cap.427.

Lapis albeston secundum Alb. in lapidario suo est coloris ferrei: qui secundum Pliniū in arabia inuenit'

Posse. Albertus: virtus mirabilis eius ī templis deorū est manifesta: eo ꝙ semel accēsus vix aut nunq̃ poterit extigui: eo ꝙ naturam habet animalis qđ salmādra vocatur cū modico humidi vnctuosi pinguis insepabilis.

Cap.428.

Lapis absinthus secundum Albertum est de genere gēmarum colore vitri rubeis virgulis

Posse. Albertus: huius virtus fertur esse sicut lapis abescarius: licet satis remissior: naz accensus permanet calidus per septez dies vel amplius propter eandem causam: que dicta est de lapide abescario. lapidis etiam hui⁹ virtus est in prouocando ꝛ augmentando fluxū sanguinis: vt experimentatores asserunt.

Cap.429.

Lapis nigrorū secundum Auic. libro secundo proprio capitulo: est lapis qui defertur ex nigris declinans ad citrinitatem **Posse. Auic.** fricatur ꝛ egreditur ex eo fricatio mordicās linguā similis lacti. mundificat pannum oculi cum non est cum apostemate ꝛ ophthamia: ꝛ conuenit vestigijs vlceruz in eo ꝛ eradicat vngulam.

Cap.430.

Lapis amandinus secunduz Albertum est gemma colori varij. **Posse.** Albertus: venenum oē aut extinguit aut reprimit: ꝛ vincere facit aduersarios: ꝛ plenam interp̄tationem somniorum facit intelligi.

Cap.431.

Lapis cōchylij. hoc vocabulū ponitur in quodam electuario Auic. qđ est contra viciuz lapidis. ꝛ quidam dicunt ꝙ est coclea marina: que dicitur cōchylium: vt apparet si leges ostracorum. ꝛ quidam dicunt ꝙ est coclea limaciarum. secundū veritatē lapis cōchylij ē coclea porphyre marine: et est cōchylium marinum purpureum: quod inuenies si leges ostracorum.

Cap.432.

Lapis ametistus secundum Albertuz est gemma multū cōmunis ꝛ nota: que est coloris purpurei: ꝛ transparentis aliquantulum obscuri. inueniuntur in ista specie multe differentie: sed quinq₃ sūt magis note propter differentias obscuritatis omnes acceptas. nascitur melior in hac specie ī india est autem melior ad sculpenduz eo ꝙ alijs est minus durus. **Posse.** Albertus operatur contra ebrietatem. ꝛ facit hominez vigilem. ꝛ malas reprimit cogitationes. ꝛ bonū in scibilibus confert intellectum.

Cap.433.

Lapis andromada secundū Albertuz est lapis coloris argentei: ꝛ secunduz plurimū in mari rubro nascitur. est aūt q̄dratus ꝛ dur⁹ sicut adamas. **Posse.** Albertus: virtutem habet contra furorem: ꝛ facilis animi cogitationem: ꝛ tristiciam: ꝛ grauitatem: pro quo lege lapis quadratus.

Cap.434.

Lapis palagius similiter dicitur secundū Albertum ꝙ est gēma coloris rubei lucide valde: nāe ꝛ substantie trāsparentis: ꝛ dicit' esse femina carbunculi. ꝛ virtutes eiusdem remissas habet sicut femina ad marem se habet. ꝛ dicunt quidam ꝙ est domus eius: ꝛ ideo p latium carbunculi vocatur. generatur frequenter carbunculus in lapide isto. etiam visum est hoc ꝙ in lapide vno exterior pars fuit palagius: ꝛ interius carbunculus: propter qđ huiusmodi genus lapidum dicitur esse de genere carbunculi.

Cap.435.

Lapis borax secunduz Albertuz a quodaz genere bufonis nominatur: quod sic dicitur ꝙ ipsuz in capite portat: ꝛ est duorum generum. vnum albū aliq̄ntulum fuscum. ꝛ alterum si viuo adhuc palpitante bufone extrahitur in medio habet oculū ceruleum: ꝛ temporibus nostris extractus fuit vnus de bufone paruus viridis. aliquos etiam vidimus bufones habentes depictos in se qui de hoc genere dicebantur. vulgariter autem cropodine dicūt **Posse.** Albertus: sordes purgant intestinorum: ꝛ superfluitates.

Cap.436.

Lapis carbūculus: qui grece antrax dicitur: hic non naturalis rubinus vocatur secundū Albertum lapis placidissimus ꝛ rubicundissimus ꝛ solidissimus: habēs se ad alios lapides sicut aurū ad cetera metalla. ꝛ quando vere est bonus lucet ī tenebris sicut carbo: ꝛ talem iam vidi ego. quando tamen iaz bonus ꝛ verus est emicat in tenebris superfusa aqua clara ꝛ limpida in vase vitreo mundo polito. qui aute neutro modo lucet: hic nō habet nobilitatem perfectam. secundum autem plurimū sui inuenitur in lybia. ꝛ licet habet differentias plurimas: vt ait Enax qui dicit eum habere. xi. omnes tamen dicuntur esse ca. ꝛ sic. secundū plus ꝛ minus. **Posse.** Albertus: hic solus omniuz aliorum lapiduz virtutes habere dicitur: specialis tamē eius effectus est venenum fugare.

Lapis erarius est lapis marchasita: ꝛ dicitur erarius: quia ex eo tingitur es.

Cap.437.

Lapis calcedonius secundū Albertum est pallidus ꝛ fu-

fcus aliquantu lum obscurus. **Posse.** Albertus: hic si p foratur: et collo su spendatur dicitur valere contra fantasticas illusiones ex melancolia ortas. etiaz facit euincere causas: et virtutes corporis conseruat. et hoc vltimu expertum est multum.

Cap. 438.

Lapis calefarios siue calcofanos secundum Albertum e niger. **Posse.** Albertus: virtus eius est vocem clarificare et raucedinem mederi.

Cap. 439.

Lapis corranticas vel corauiuz secundum Albertum est lapis crystallo similis infecto colore ceruleo: qui dicitur cadere aliquado de nube cu tonitruo. et inuenitur in grania et hispania: sed hispanus est candes vt ignis. **Posse.** prouocat dulces somnos. et ad prelia et causas vincendas: et contra periculuz tonitrui dicitur operari. hoc similiter ait Enax.

Cap. 440.

Lapis celonites secundum Albertum est purpurei coloris et varij. dicitur in corde testudinis inueniri: quia quedaz sunt maxime testudines: habetes domos que sunt vt vere margarite: et nitentes. **Posse.** dicitur q diuinatorez facit euz qui gestat sub lingua. hanc autem virtutem non dicitur habere: nisi quando luna est primo accensa et crescens et monoides vltima decrescens. et dicitur hic lapis ab igne no corrumpi. Lapis cogolites dicitur secundum Albertu esse in quantitate et colore similis ossis oliue. et alio nomine vocatur lapis iudaicus: pro quo lege. L. lapis iudaicus.

Cap. 441.

Lapis chrysopassus secundu Albertum est lapis qui ab india venit: et raro inuenitur: propter qd et carior estimatur: in colore etiam est quasi sit ex succo porri vel prassij coagulato: habens etiaz auri guttas: propter quod et tale nomen accepit: qa chryso aurum sonat in greco: prassinz idest viride viriditate porri. vnde versus: Marubij folia sunt prassia prassaq porri. **Posse.** vires hz lapidis prassij: etia ad omnes cordis passiones efficax reperitur.

Cap. 442.

Lapis chrysolitus secundum Albertum est lapis in colore tenens viriditatem lucidam: in qua ad ad oculum solis micat vt stella aurea: et non est rarus. dicitur autem venire de ethiopia. **Posse.** Expertum autem est q spiritualia confortat: propter quod tritus asmaticis datur. fertur etiam q perforatus: et setis asini in foramine repletus: et sinistro brachio alligatus fugat timores et melancolicas passiones. etiam dicitur in physicis ligaturis in auro etiam positus et gestatus fugat fantasmata. et pellit stulticia et sapientiam proferre perhibetur.

Cap. 443.

Lapis crystallus secundum Albertuz est lapis qui aliqn fit ex frigore: aliquado autem ex niue: sicut sepe experti fuimus: et in germania vbi multi inueniuntur. vterq autem modus generationis facilis ex superioribus erat manifestus. **Posse.** hic frigidus oculo solis oppositus ignem eijcit: si calidus sit hoc perficere non potest. huius ratio posita est in libro d proprietatibus elementoruz et planetarum. et dicitur etiam sitim restringere sub lingua positus. Et expertum est q tritus cum melle mixtus accept a mulieribus repleat vbera lacte.

Cap. 444.

Lapis ghrysolitus secunduz Albertum est gemma coloris aurei in horis matutinis visu pulcherrimus est. in alijs autem horis dissimilis. ab igne autem corrumpitur et fugatur: et vt quidaz dicunt inflammatur: et ideo timere ignez dicitur. dicunt autem alij q est aliud genus istius lapidis: q est lapis ignobilis substantie: et est marchasita aurea: que medium quoddam est inter metalla et lapides. dicitur autem tertium genus istius lapidis esse coloris medij inter ceruleum et rubeum. **Posse.** virtus hui lapidis est curare scabiem et vlcera. et in manu gestat calorem febris mitigare dicitur.

Cap. 445.

Lapis chrysopassios secundum Albertum gemma est ab ethiopia veniens. **Posse.** dicitur lucere in tenebris et euanescere lumine superueniente: ita q colorem non retinet quem habet in obscuro: et fit in ipso secundu diuersitatem luminis et tenebrarum reciprocatio colorum velut in quercu putrefacta et noctiluca. et de omnibus his in libro de anima dedimus rationem perfectam: et vide.

Cap. 446.

Lapis deimonis fm Albertu est qda lapis bicolor vt arcus deimois: q iris vocat. est aut deimon dictus qd grece intellectu vel stellam claram stillantem sonat. **Posse.** dicitur conferre febricitatibus: venenosa pellere: et tutum et victorem reddere.

Cap. 447.

Lapis diadochos secundū Albertum est lapis pallidus dicitur aliquantulum berillo silis.

Posse. dicitur fantasmata in tantum excitare q magi maxime hoc vtuntur:tamen applicatus defuncto vires amittit: qa mortem odire perhibetur.horum autem ratio haberi potest in libris magorum:hoc est hermetis:techit:bencorat:ꝛ ptolomei:de quibus non est presentis intentionis.

Cap.448.

Lapis dionysia secundū Albertum est niger guttatus rubeis guttis.

Posse. expirat vinū:ꝛ odor ipsius vini fugat ebrietas:quod mirabile apparet. causa est autem q vinum non odore sed vapore opilādo inducit ebrietatem.lapidis autem huius odor simpliciter aperitiuus est:ꝛ expulsiuus vaporum.

Cap.449.

Lapis draconites secundum Albertū est lapis a capite draconis extractus.ꝛ fertur ab oriente vbi sunt dracones magni. virtus eius efficax sicut lapis qui vocatur borax:quando de dracone extrahitur adhuc viuo palpitante.insidiantur autē draconibus dormientibus:ꝛ subito scisso capite draconis adhuc palpitante euellunt lapidem. anime eius actus multa confert his etiam superfluitatibus q̄ generantur in animalibus: ꝛ mortis corruptio alterat ea quando natura'i morte corruptis humoribus moriunt:ꝛ quando mortua vel corrupta occisa iacuerunt. Ego autem in partibus alamanie in sueuia vidi lapidem super quem conuenerant plus q̄ʒ.xx. serpentes inter montes in quodaʒ prato:ꝛ cum transitum faceret inde dominus terre: milites euaginatis gladijs sciderunt serpentes in multa frusta: ꝛ in fundo tamen quidam magnus iacuit serpens in multas partes incisus:ꝛ sub capite serpentis inuentus est lapis niger formatus vt paramis abscissa nō perlucidus in circuitu:coloris pallidi: pulcherrimū habens descriptuʒ serpētem:ꝛ hunc lapidem ab vxore eiusdeʒ nobilis mihi presentatum cum capite eiusdem serpentis.

Posse. dicitur venena fugare: que fiunt a morsibus animaliuʒ venenatorum.victores dicitur etiam efficere.

Cap.450.

Lapis elitropia secunduʒ Albertum est lapis viridis fere smaraldo similis aspersus sanguineis guttis.hunc elitropiam dicunt esse vocatuʒ nigromantici ꝛ gemmā babylonie.

Posse. si lapis iste vngatur succo herbe eiusdem nominis:ꝛ in vas aque plenum immissus facit sanguineum soleʒ videri sicut si pateretur eclipsim:cuius causa est:quia totam aquaʒ ebulire facit in nebula:que inspissando aerem impedit solē videri:sicut quando est cuʒ rubore in spissa nube: postmodum autem descendit rorando illa nebula sicut per guttas pluuie.oportet auteʒ ad hoc q quodam carmine sacratus sit:ꝛ quibusdaʒ characteribus mixtus:ꝛ sicut arrepticij p̄sentes sunt diuinando quedaʒ predicunt:propter quod templorum pontifices illo lapide vtebantur maxime ī festis idolorum.dicitur autem reddere hominē bone fame:ꝛ large vite. ꝛ contra fluxum sanguinis: ꝛ venena valere.dicitur autem q vncus herba sui nominis vt prediximus fallit visuʒ ita vt hominez prohibeat videri.inuenitur autem pluries iñ ethiopia:ꝛ cypro ꝛ india.

Cap.451.

Lapis etydros secunduʒ Albertum est lapis in colore crystallo similis:q ppetuis guttis distillat ꝛ tamen lapis non minoratur nec corrumpitur.cā in hoc profecto est: quia ex substantia lapidis gutte ille nequaquam distillant: sed propter nimiam frigiditatem aerem se tangentem continue se mutat in aquam:sicut faciunt lapides duri ꝛ politi pꝫ resolutionem frigoris.hoc similiter ait Enax capitulo de lapide etydros.

Cap.452.

Lapis epistithes secundum Albertum est lapis in mari natus rutilans ꝛ rubicundus.

Posse. incantationibus ꝛ physicis ligaturis dicitur valere. ꝛ q gestatꝰ tutum hominem seruat.ꝛ compescit seditiones. ꝛ compescere etiam dicitur locustas ꝛ volucres: et nebulas:ꝛ grādines:ꝛ tempestates a fructibus terre. Expertum autem est q oppositus oculo solis ignem ꝛ radios ignis emittit.dicitur autem q hic lapis si in aqua feruente proijcitur cessat ebulitio eius:ꝛ post modicum frigescit.causa autem huius alia eē nō posset nisi pro certo: qꝛ frigidissimus ē ꝛ motus a calore bulientis aque frigiditas sue cōplexionis agere incipit.

Cap.453.

Lapis exacolitus secundum Albertuʒ est lapis varius dissolutiuus:vt dicunt periti medicorum.

Posse. vino permixtus ꝛ potatus valet contra colicam ꝛ iliacam passionem.

Cap.454.

Lapis exacontalitus est lapis secundum Albertum.lx.coloribꝰ distinctus:parue quantitatis valde:qui frequentius in lilia inuenitur: ꝛ apud trogotidas inuenitur ꝛ mouetur sepius: propter hoc etiam oculos hominis dicitur efficere tremulos.

Lapis exacolicus. idem quod supra
Lapis falcanos .i.arsenicum.
Lapis filatiuus est eadem gemma que chrysolitũ τ est eiusdem virtutis vt ferunt gemmarij.

Cap.455.

Lapis gagacromeon secundum Albertum est lapis diuersi coloris sicut pellis capreoli.

Posse. victores reddit se gestantes. Expertum autem dicunt esse ab Alchite principe quodam: qui quotiens hunc lapidẽ secum habebat semper vincebat in terra τ in mari: quotiens autem caruit fertur hostibus succubuisse.

Lapis berzath quid est lege kenne.
Lapis kenne quid est lege quod supra.
Lapis qui inuenitur in oculis ceruorum idez qđ supra.
Lapis archadie est lapis qui cum accenditur nõ extinguitur.

Cap.456.

Lapis garatiden secundum Albertum est lapis qui fert esse nigri coloris. probatur autem veritas huius lapidis sic: si gestans lapidem totum corpus suuz vngatur melle muscis τ vespis exponitur: τ si intactus manet ab eis lapis est verus: et si deponit lapidez musce τ vespe super mel cadũt τ fugũt.

Posse. aiunt ꝙ in ore portatus facit bene iudicare opiniones τ cogitationes. fertur etiam ꝙ gestantem gratiosum reddit hominibus: ita similiter asserit Enax.

Lapis getolidus .i.lapis aquile.

Cap.457.

Lapis granatus vt constantinus ait in proprio capitulo et Albertus: est de genere carbunculi. est autez lapis rubeus τ perlucidus in colore similis balaustijs. est autem rubeus aliquantulum obscurior carbunculo: τ cum subijcitur ei in sigillis niger color tunc magis rutilat. τ in hoc genere inuenitur quidam modus: qui intra ruborem spersus habet viole colorem: propter hoc genus violatuz dicitur: τ preciosior est alijs granatis.

Posse. dicitur letificare cor τ pellere tristiciam. τ est ca. τ sic. τ ꝙ quidam dicunt hũc eẽ de genere hiacynthi est falsum. inuenitur enim lapis hic secundum plurimos in ethiopia: τ aliquotiens intra tyrum iuxta arenas maris.

Cap.458.

Lapis iaspis secundum Albertũ est lapis multorum colorũ τ habet species decem. melior tamẽ est viridis transparens habẽs in se venas rubeas. debet autem in argento proprie ligari. hic in multis partibus inuenitur.

Posse. expertum est contra sanguinem τ fluxum menstruorum. Aiunt autem ꝙ tegat conceptum: τ iuuat partum. τ ꝙ gestantem se a luxuria prohibet. In magicis etiaz legitur ꝙ si incantetur portantẽ reddit gratum τ potentem τ tutum. τ fugat febrẽ τ hydropisim.

Cap.459.

Lapis iena secundum Albertuz est a bestia que iena vocatur sic dictus: eo ꝙ oculi eius in lapidẽ vertuntur totaliter.

Pos. Aiunt autez Enax τ Aaic: ꝙ positus sub lingua confert diuinando dicere futura.

Cap.456.

Lapis iris est lapis secundũ Albertum crystallo similis: τ est vt frequentius exagonus. dicit autem Enax ꝙ de arabia venit: τ in mari rubro nascitur. Nos autem inuenimus maximam copiam horum lapidum in montibus germanie: qui sunt inter renum fluuium τ treuerensem ciuitatez: τ diuerse quantitatis omnes sunt exagoni. in alijs autem lapidibus cum naturaliter sint rotũdi exagoni efficiuntur: sicut foramina apum in medio posita exagona efficiuntur cum illa que sunt ĩ extremis sunt rotunda. est autem lapis siccissimus: qđ sua indicat subtilitas maxima. fit autem ex aqueo succo qui euadit de materia lapidis qui generat ĩ luto rubeo. τ quia hoc aqueum vehementer sicco apprehensuz est siccus τ durus est lapis valde. cũ autem sub tecto soli eius pars immittitur: τ pars eius in vmbra tenetur proijcit reflectẽdo pulcherrimos colores iridis super oppositum parietem: vel super aliquod corpus propter quod iris vocatur: cuius causa superius est assignata. aliquid autem simile huic nascitur in gypso quod est perspicuum in extremis: τ scissibile valde: τ vtuntur eo pro vitro quidam in vitris.

Cap.461.

Lapis isicultos secunduz Albertum τ Isidorum est croco similis: lapis in vltimis hispanoruz partibus frequentius inuenitur iuxta gades herculis in tertio τ secundo climatibus iuxta hispaniam illam quam modo hispaniam vocamus. ẽ autem lapis filabilis propter viscositatem in eo arefactam. τ si de eo fiat vestis non comburitur: ſʒ ex igne purgatur τ nitet. τ forte illud est quod gennã vocant salamandre: quia hec lanugo que ĩde colligitur est sicut lanugo lapidis humidi. quare autem non crematur in metheororuz expeditum est huius speciem quandam dicunt esse quendã lapidem: quem quidam vocant carbunculum album.

Posse. imitatur carbunculum in hoc ꝙ fantasmatibus τ presagijs resistit valet contra dolorem oculorum ex humida causa. τ redactus in puluerem sanat scabiem. Itẽ Isidorus dicit de lapide iudaico ꝙ est albus ad modum glandis in quantitate.

Cap.462.

Lapis kacabrates secũdũ Albertũ est lapis sĩlis crystallo.

Posse. de eo fertur ꝙ eloquentiam dat ꝛ honorem et gratiam. valet contra hydropisim.

Cap.463.

Lapis kamam secundū Albertum est lapis frequenter albus in toto vel in parte: varius est in colore: ꝛ frequentissime inuenitur immixtus onixinio: virtusq; eius fertur ex imaginibus ꝛ scripturis que inuenitur in ipso: ꝛ ex sigillis.

Lapis ligurius quid est lege lapis lincis.

Cap.464.

Lapis liparis secundum Albertum est lapis qui frequentius in lybia inuenitur. **Posse.** fertur enim virtus hui⁹ lapidis mirabilis esse. omnis enim bestia a venatoribus ꝛ canibus infestata currit ad eum: ꝛ ipsum intuetur quasi patronum: ꝛ vt aiunt canes ꝛ venatores nō possunt nocere bestie gladio quamdiu lapidem hunc habet presentem. hoc idē confirmatur per Atabari in lapidario suo.

Cap.465.

Lepnia vel lepnias vel lēnia: illud vocabulū ponit̄ in antidotario virili in confectione athanasie: ⁊ exponit̄ cōiter φ ē arsenicū: sed falso: qm̄ est aperitiuū ⁊ mordicatiuū. īmo sciēdū φ lepnia vel lepnias vel lēnia est oīs terra multū desiccatiua ⁊ cōstrictiua: ⁊ vna discernit̄ ab alia ꝑpter determinationē: ⁊ ꝑpter hoc lepnia vel lēnia vel lepnias s̄m Dias. ca. de lepnia. est terra fragilis ex clauica sordida: vbi miscet̄ sanguis caprin⁹. Multi istā collectā faciunt trociscos ⁊ capre sigillo exprimunt ⁊ vendunt. hec lepnia rubrica d̄r. ⁊ ē lepnia alia que sinopida d̄r: pro qua lege sinopida: q̄ nascitur in speluncis cappadocie: ⁊ post eleuationeꝫ ad sinopiā fert̄. ⁊ est sūme densa grauis: iecorosa: viui coloris: ⁊ florida ⁊ fulua: ⁊ cū resoluit̄ fuluior apparet. ⁊ est lepnia fabrilis que nō ita vsibus medicine cōuenit: sed d̄r fabrilis: qm̄ fabri ꝓijciūt ipsam in igne ad ipsam coadunandū vt forti⁹ ardeat: que latine vocat̄ soldola. ⁊ est lepnia arsenicuꝫ i. auripigmentū: que inuenit̄ ī synonymis antidotarij virilis. est silr̄ lepnia fragidos: ⁊ ē terra sigillata. Sed est attendendū qñ lepnia scribitur sine determinatione oȝ intelligi illa que est strictior et virtuosior: huiusmodi est lepina fragidos.

Posse. Dias. virtus aūt lepnie est cōtra venena potēs: quia stiptica est. miscet̄ deniqȝ vulneribus atqȝ cicatrizationibus emplastrata. cū vino bibita ⁊ accepta venena vomitibus ꝓuocat. cōtra oēs venenosas maritimas incursiones occurrit. antidotis miscetur. hanc vtiliter portāt incantatores. lepnia sāguinē spuentib⁹ etiā datur: seu veneni potu vexatis

Lepticos interp̄retat̄ captio inde epilepsia. i. superioꝝ captio vel lesio vel analepsia: ⁊ chathelepsia

Leppidion .i. lapsana.
Leptintica .i. extenuatiua.

Leporina herba .i.satyrion.

Leporis puto ꝙ sit quoddā instrumentuȝ qđ fit pro naribus.

Lepon .i.castanee.

Leptos interpretat̄ minutū.vñ leptocarion.i.nux minuta ⁊ leptopyricia.i.diminutio ignis. Naȝ pir i.ignis ⁊ leptomeris.i.subtilis substātie. inde leptitica.i.subtiliatia.vnde Pli.leptō.i.cētaurea minor

Lepetocareon .i.auellana.

Leptokatres idem quod supra

Leptoliatron idem quod supra.

Leptolabam .i.osculum.

Leptopirrexia .i.subtiles febres.

Leptofilon ꝺm Pli.dr̄ septima species titimalli, que dendodes.i.arborea dicitur.

Lepus quid est lege arnaben.

Lepus marinus est animal obstractū lutosū declinans ad rubedinē aliq̄ntulū intra partes: cui⁹ sunt quedā similia folijs alusnen. ⁊ aliqui dicunt ꝙ est piscis sic vocatus.

Lesa enaret .i.lapis lazulus.

Lesar.i.almea. Lesabron.i.polium

Leteman .i.hypoquistidos.

Lethes.i. obliuio inde lethargia.i.obliuiōis labor erge.i.labor:sed ergon opus:inde faregon.i.extra op⁹ vel otiū.

Cap.501.

Letura ꝺm Pli.c.ō letura.thyrsum hȝ oblongū ad modū digiti cauū i sūmitate: gerit fructū in sūmitate ramoꝝ triangulū:⁊ subrotundū i modū capparis:in quo trina grana cōtinent̄ sub umbranulo: qui intra corticē est:ex quibus grana.vij. aut.viij.potata ventrē viscide purgant: ꝙ si aqua fri. supbibat̄ cholerā rubeā:⁊ phlegma deponit.

Lenoy.i.populus arbor:ꝑ qua lege agyros.

Leuosarch .i.hypericon.

Leuosarchi idem quod supra

Cap.502.

Lezar .i.dauc⁹ vel daucia. vbi sciendū ꝙ daucus alius asininus:alius est domesticus.vnde quādo simpliciter ponit̄ daucus intelligit̄ pastinaca silvestris.i.daucus asininus:vt Jo.Sera.ca.o de tyriaca:licet cassius felix ca.o de empicis dicat ꝙ est semen daucie hortensis. Sed sciendū ꝙ ex dauco asinino vel silvestri melior est creticus ⁊ maioris efficacie q̄ȝ nō creticus. sed daucia est pastinaca domestica:vt in fine patebit. **Dias.** daucus asinoꝝ hȝ tres species:vna habens folia similia feniculo:sed minora ⁊ tenera:⁊ virgam duoꝝ palmoꝝ: ī qua virga est caput simile coriādro:florē habens albū:in quo est semen quasi pilosum in magnitudine milij minutū:⁊ asperū: gustu viscidū ⁊ odoratuȝ. Radix est illi vnius digiti grossitudinē hñs longā duobus palmis.nascit̄ locis asperis ⁊ solanis.Est secundū genus dauci asinini simile apio agresti odoratū viscidū ⁊ calidū: sed melius est creticū.Est ⁊ tertiū genus dauci asinoꝝ:folia habens similia coriandro:⁊ florē albuȝ cuius capitellū est simile aneto:qđ semen hȝ oblō gū ⁊ graue sicut cyminū agreste. Pli. ca.o de dauco. dauc⁹asinin⁹ folia hȝ similia feniculo:thyrsos bipalmos:quo melior est creticus.hȝ enim radiculam oblongā ⁊ hastam longā circiter palmū vnū in qua summū flosculū vel flosellū inuenit̄ purpure **Sera.** li.o aggre. ca.o daucus asinoꝝ habȝ tres species.vna hȝ folia similia folijs maratri:nisi quia sunt minora ⁊ mollia.⁊ habȝ hastā longā circa palmū binū: ⁊ capitella similia capitellis coriandri.⁊ hȝ florē albū:ī quo est semē asperuȝ ⁊ quasi pilosum:minutū: qñ masticat̄ est acuti saporis ⁊ boni odoris.⁊ hȝ radicē grossitudinis pollicis habentē longitudinē circa palmū.nascitur in locis siccis ⁊ asperis ⁊ soli expositis.Et secunda eius species est similis agresti apio habens odorē aromaticū ⁊ acutū saporē pungens linguā: sed melior est creticus.Tertia vō species eius habet folia similia coriandro:⁊ florē albū:⁊ semē in capitello:⁊ est simile capitello aneti:⁊ capitellum assimilatur capitello daucie domestice in sua figura.⁊ est plenū semine oblōgo simili cymino agresti:⁊ est acutū.Et idē Sera. eodē libro capitulo lezar.Est ex ea domestica ⁊ silvestris.domestica quidē est nota.silvestris hȝ folia domestice: nisi quia sunt latiora eis.⁊ est in eo flos albus.⁊ ī medio ipius floris est simile fungo: cuius color est purpureus.⁊ hȝ radicē in longitudine ⁊ grossitudine digiti.⁊ domestica hȝ radicē in longitudine vni⁹ palmi boni odoris ⁊ que comedit̄. **Posse. Sera.** auct. **Gal.** virtus agrestis est que calefacit:⁊ abstergit: ⁊ puocat vrinā:⁊ menstrua:tota herba facit hoc:maxime vō semē ⁊ radix.sed qñ ex folijs eius fit emplastrū super vlcera que incipiunt corrodi cōuenit semen silvestris qñ bibit illud mulier: aut facit sibi nascale cū eo ꝓuocat menstrua.⁊ qñ bibit̄ etiaȝ cōuenit strangurie:⁊ sterilitati:⁊ pleuresi: ⁊ morsibus venenosis.⁊ dicunt quidā ex ea ꝙ est masculus ⁊ femina.masculus hȝ semen oblongū: femīa rotūdū: que femina qñ bibit̄ cōuenit impregnationi.⁊ radix eius ꝓuocat vrinā:⁊ excitat coitū fortiter.⁊ qñ fit nascale cū ea expellit fetuȝ. domestica vō est cōuenientior in cibo. **Gal.** vi.sim.phar.ca.o de dauco daucus quē quidā stafilinū nominant: agrestis quidē min⁹ est comestibilis domestico:violentus tñ in o:bus.domestic⁹ autē comestibilis quidē:debilior aūt acris: nō est tñ ⁊ tantū calefactiue virtutis:⁊ ꝑpter subtilitatē. radix aūt cū eis que sunt dicta aliquid ventositatis habet ⁊ libidinositatis.semē vō domestice hȝ quidē ⁊ ipsuȝ quid excitatiuū ad coitū. agrestis vero semen penitus quidē nō inflatiuū:⁊ ideo diureticū ⁊ menstruoꝝ cōmotiuū. herba eius est sufficiēter diaforeticū pharmacū exterius positū: est tñ debilior in omnibus respectu seminū ꝑpter admixtionē aquose humiditatis. est ⁊ ipsa calida secunduȝ cōplexionē.Et idē.viij.sim.phar.ca.o stafilinū.i.pastinaca domestica quidē debilior:silvestris vō fortior est ad oīa.vrinas aūt mouet ⁊ menstrua ꝓuocat:⁊ tota quidē herba:maxime vō semen ⁊ radix

bꝫ ãt ⁊ qđ absterſiuū ī ſe: quocirca ⁊ fagedenoſa vlcerum quidem cū folijs viridibus ⁊ melle cataꝑ'aſmant aut mundificant. Et idem in libro de cibis capitulo de paſtinaca. Radices haꝝ domeſticaꝝ comedunt': alimentū quidē minus raris habentes. calefaciunt aūt manifeſte. i. in medio ſecundi gradus: ⁊ humectāt in primo ⁊ aliquid aromatizans. indigeſtibilitas quidē igitur ſil'r ipſis ineſt et alijs radicibus. vrinatiue aute ſunt: ⁊ ſi abundat aliquis ipſaꝝ vſu mali chimi generantur. Quidaꝫ aūt ſilueſtrē paſtinacā vocant daucū ſilueſtrē: magis vrinatiuū quidem exiſtentē: magis aūt medicinalē iam ⁊ multa decoctione indigenteꝫ ſi debeat quis comedere ipſum.

Lecataid. i. lapis lazuli. Liamus. i. faba.

Lia dicuntur lenitiua que leniūt aſperitatē: Gal. ad patrimanum.

Liam	idem quod ſupra

Lienten quid eſt lege behemen.

Lierna	.i. caſcaſum.
Lien. i. inteſtinū ieiunū.	Lieri. i. blitis.
Liencoli	.i. periclimium.
Liembri. i. porrum.	Liembiri. i. acetum.
Liembali. i. abſinthiū.	Liembre. i. oliua.

Lienalis. i. periclimenos. i. matriſſiluia.

Libanus eſt arbor ducens gūmi: qđ dicitur olibanum. ⁊ libanus eſt ſil'r mons quidā qui vocat' libani mons. ⁊ eſt mons in quo plurimuꝫ oritur de libano. vnde iſtius plante tres ſunt ſpecies ſecūdū Diaſ. capitulo libanotides. cuius vilior eſt roſmarinus: quo vtimur ad calefaciendū furnos.

Libanotidis	idem quod ſupra.
Libanotida. i. paritaria.	Libanotus. i. thus.
Libano manne	.i. puluis thuris.
Libanos manna	idem quod ſupra.
Libanoſilon	.i. cortex thuris.
Libannarenos	.i. thus maſculum.
Libar	.i. cotula.
Libarina	.i. paritaria.
Libazena	.i. eraclea.

Libra ideſt pondus. xij. vnciarum.

Libelil	.i. vſnee.
Libleb	.i. mercurialis.
Liblemon	.i. matriſſiluia.
Licena	.i. brion.
Licenaria	.i. ariſtologia.
Liceprasſon	.i. praſſium.

Licedone. i. morphea nigra ⁊ aſpera.

Lichenes	.i. empetigines.

Licium quid eſt lege hadbadh.

Lici	.i. ſpecies mirrhe

Licinū eſt maneries terre que comeditur.

Litron	.i. vitrum.

Lichin. i. limus de petra: ⁊ eſt muſcus lapidis.

Lichiridus	.i. cucumer amarus.

Cap. 503.

Ichin .i. limus de petra. Gal. vij. ſim. phar. capitulo lichin. Lichin qui in petris. i. empetigo petrarū: eſt quidē velut brion qđ dā. de genere vo idē noīabat' plātaꝝ. noīat' auteꝫ ſic vt videtur eo ꝙ empetigines curat. eſt autē abſterſiue ſimul ⁊ moderate ⁊ infrigidatiue virtutiſ ſiccatiue vo ſecundū vtrāqꝫ. abſterſiuitatē enim ⁊ ſiccitatē a petra habet: infrigidationē vo ab aqueitate. in humidis enim ⁊ fetidis petris naſcitur. qđ aūt ex talibus ſubſtantijs cōpoſitū eſt inphlegmonoſum exiſtere nullum mirabile eſt. ſi vo hemorofagias ſiſtit: vt Diaſ. ait nō habeo dicere.

Licon. i. pulegiū.	Licom idē qđ ſup.
Litoron	.i. aconitum.
Lidep	.i. matriſſiluia.
Liden alcuar	.i. lingua bouis.
Lidemon	.i. barba ſiluana.

Liguſticus. i. leuiſticus a liguria regione dictus.

Liguſtrū quidā exponunt ꝙ eſt volubilis maior que per ſepes ⁊ maceria ſerpit. Alij vo caprifoliū dicunt: quicquid ſit flores habet albos. virgili' in buccolicis: alba liguſtra cadunt ⁊c.

Liguris quidem lapis eſt ſic vocatus.

Ligus	.i. caſtus agnus.
Ligurus	.i. lapis ceruarius.

Cap. 504.

Iguſtici ſecundū Diaſ. capitulo liguſtici. mltū naſcit' in liguria ꝓuincia: vnde ⁊ nomē accepit. naſcitur ⁊ in monte vicino alpibus: ſed ciues panacē illum vocant: ideo quia radix eius alba eſt: ⁊ odorata ſimilis panaci: cui virtus vna eſt cū panacis virtute. naſcitur locis altis ⁊ aſperis et vmbroſis. virgam habet longam ⁊ nodoſaꝫ ſimilē aneto: in qua virga folia ſunt ſimilia meliloto: ſed molliora ⁊ odorata: que folia in cucumere tenuiſſima ſunt ⁊ diuiſa. in virge ſūmitate caput eſt vmbraculoſū vbi ſemen oſtendit: qđ ſemen nigrū eſt ⁊ oblongū ſicut feniculi: guſtu viſcidū ⁊ odoratū aromaticū. Poſſe. Diaſ. virtus eſt mixtualis. radix eius alba eſt ſil'is panaci cracleontico: ⁊ odorata. virtus eſt radici ⁊ ſemini eius calida: ⁊ peptica. ⁊ doloribus omnibus intraneoꝝ occurrit. iſlāmatōeꝫ ſtomachi ſoluit. ictibus venenatis opitulat'. vrinaꝫ ꝓuocat. menſtruiſ imperat ſi bibat'. antidotis que colicis ꝓſunt admiſcetur. radix eius tunſa et ſuppoſita idem preſtat. radix eius ⁊ ſemen oxiporijs neceſſe miſcetur. confectionibus etiam digeſtibilibus vtiliter adhibetur: quia euſtomaca eſt. vnde multi ciues ipſius ꝓuincie eo pro pipere vtuntur cōdituris miſcentes. ⁊ multi ſemen ſiſilei ⁊ feniculi addunt illi. Quidā dicunt ꝙ eſt leuiſticū ſꝫ falſo

Lignū optimū	.i. lignū aloes.
Lignū ſcriptū	.i. ſiliqua.
Lignum	idem quod ſupra

Lignum mortuoꝝ quid eſt lege hictam.

Lignum nodoſum	.i. meu.
Lignum arabicum	.i. lignum aloes.
Lignum indum	idem quod ſupra.
Lignum thymū	idem quod ſupra.

Lignū aloeſ ſilueſtre qđ ē lege xiloaloeſ ſilueſtre

Lignodes	.i. acre vel acutum.

Lilialis .i.alguascen.
Lilium ligustrum idest flos volubilis maioris se pes ascendentis.

Cap.505.

Lilium latine: ara. ansea vel alflosca m: grece licina vł kirion. **Sera.** libro aggre. capitło ansea idest lilium. est enim cal. ⁊ sic. complexionis in secundo. ex eo est domesticū ⁊ silvestre: sed silvestris sunt species. ⁊ nominatur vna asermetim .i. celeste: ⁊ est album: quod est notū: ⁊ vocat̃ liliū aezet idest ireos. Et idē auc. Gal. flos eius est compositus ex terrea substantia subtili: ⁊ ꝓpter illud acquisiuit malum saporem: ⁊ ex substātia aquosa temperata. ⁊ eius virtus est que desiccat desiccatione tēperata: ⁊ abstergit abstersione tēperata. Sed celestis folia sunt similia folijs alterius: nisi quia sunt latiora ⁊ magis viscosa ⁊ habet stipitē super quē est flos habens colores diuersos: ⁊ est albus citrinus purpureus. ⁊ celestis ꝓpter diuersitatē istoꝝ coloꝝ nominat̃ iris .i. arcus celestis. ⁊ habet radices nodosas. ⁊ hꝫ odorē bonum. substātia eius est subtilis. ⁊ virtus eius calefacit ⁊ subtiliat: mundificat ⁊ maturat. Sed alia species lilij agrestis que dicitur ireos: ē herba habēs folia ⁊ virgas similia folijs ⁊ virgis iris. ⁊ habet florem croceū vel album: amari saporis parū ⁊ semen molle: radicē vnam in grossitudine digiti: boni odoris. nascitur sub arboribus ⁊ locis vmbrosis. Est alia species lilij secundū Pli. vt apparet si leges xifion que sic vocatur: ⁊ est xifiō idest gladiolus segetalis: cuius folia sunt similia folijs que dicitur ireos: nisi quia sunt breuiora ⁊ strictiora: ⁊ habentia summitates acutas: ⁊ stipitē vnius brachij longū asperū plenū: in cuius summitate ē flos duplicatus diuisus ad inuicē: cuius color est purpureus: ⁊ secundū semen rotundū. ⁊ hꝫ duas radices. vna quarū est posita super aliam: ⁊ sunt parue rotūde sicut duo cepe: inferior extenuata: superior vō pinguis. nascitur in locis occultis. de illa specie habes si leges fagasmon. Est alia species lilij agrestis que dicitur casoras vel gladiolus: ⁊ grece vocatur dexeris: ē habēs folia similia folijs ireos: nisi quia sunt latiora eis: ⁊ sūmitates subtiles. habet virgā que egreditur ex medio foliorū eius ex longitudine vnius brachij: ⁊ est grossa mł tū: ⁊ habet vaginas habētes tres angulos: ⁊ super vaginam est coloris purpurei: ⁊ in medio est rubeus. ⁊ habet semen cucumeris nigrū: acuti saporis. ⁊ habet radices multas habentes nodos longos rubeos. ⁊ illa species dicitur gladiolus: sicut habes si leges dexeri. Est alia species lilij agrestis que dicitur sapa: ⁊ est habens folia similia folijs illius speciei que dicitur casoras: nisi quia sūt subtiliora: ⁊ magis inclinata: ⁊ longiora. ⁊ habent stipitem ⁊ ramos in quoꝝ sūmitatibus sunt quedā folia que oriuntur in eis rotunda: sicut pillule in quibus est semen eius. **Dias.** ca.° de lilio. liliū hec ē lecina quā multi in coronam ponunt. ⁊ est omnibus notū: cuius flores albi sunt satis. Est aliud genus lilij quod vocatur iris illyrica: folia habet silfio similia vł gladiolo: sed maiora ⁊ vastiora. flores habet ⁊ superiores inclinatos sibiinuicē diuersis coloribꝰ .i. albo aut mellino aut purpureo: aut venenatis. Radices sunt sibi dure ⁊ curue: ⁊ odore bono plene. he radices colligēde sunt: ⁊ filo inserende: ⁊ sic in vmbra pendentes siccande sunt. dura ⁊ breuis: ⁊ coloris ruffi: ⁊ odoris boni eligenda est in gustu calidior: que cū tundit̃ sternutamenta ꝑducit. est aūt cal. nature ⁊ leptintice. Est aliō genus lilij: qō grece vocatur xifion. Est aliud genꝰ qō vocatur dexeris: que iuenies ī ꝓprijs litteris. **Posse. Gal.** vij. sim. phar. ca.° de lilio. flos lilij domestici complexione mixtus est subtiliū partium quadam ex terrestri substantia. vnde habet et eam que in gustu amaritudinē: ⁊ ex quadā aquosa ⁊ eucrata. vnde oleū quod ex eo est pigmentū īmordacis: ⁊ diaforetice: ⁊ mollitiue est virtutis. ex quibus ⁊ duriciebus que in matricibus aptissimū est. radix aūt ⁊ folia per se trita siccāt: ⁊ abstergūt ⁊ diaforant moderate. **Sera.** conuenit cōbustioni ignis quando assatur ⁊ terit̃ cū oleo ro. ⁊ ponitur super locū combustionis ⁊ dimittitur donec curetur: quoniā cōbustiones egēt medicina que desiccat ⁊ abstergit cū temperamēto. ⁊ est bonū ad incarnandū omnia vlcera. ⁊ mollit duricies matricis. ⁊ ꝓuocat menstrua. ⁊ oleum resoluit sine mordicatione ⁊ mollificat: ⁊ ideo cōuenit duriciei matricis. folia eius incarnant ⁊ abstergunt abstersione debiliori ꝙ̄ radix. ⁊ quando coquunt̃ ⁊ ponunt̃ super combustionē ignis: aut supra quodcūqꝫ vulnus faciunt incarnari vlcerationē eoꝝ. ⁊ sunt quidā qui infundunt flores eius in aceto: ⁊ vtunt̃ eis ad incarnandū vulnera: ⁊ cōtunditur flos eius: ⁊ exprimit̃ succus eius: ⁊ cogt̃ in aceto ⁊ melle: ita ꝙ ex succo fit quinquies plus ꝙ̄ acetū ⁊ mel. ⁊ est medicina conueniens ad omne qō eget exsiccatione sine mordicatione: sicut sūt vulnera magna: ⁊ ꝓprie que fiunt in capitibꝰ musculoꝝ: ⁊ ad vlcera omnia que sunt difficilis incarnationis. Sed alterius speciei lilij que dr̃ iris: ⁊ ē lilium agreste secundū eundē auc. Gal. substantia est subtilis ⁊ mundificat: ⁊ maturat. ⁊ conuēit speciebus tussis. ⁊ facit ascendere screatū a pectore. ⁊ curat tortiones ventris: ⁊ vlcera sordida. ⁊ qñ bibitur cū melle ⁊ aqua ca. laxat ventrē. Et alteriꝰ speciei lilij agrestis: que dicitur ireos secundū eundē auc. Gal. radix est nō rotunda: sed lata habēs digiti grossitudinē odoris boni. ⁊ sapor eiꝰ est stipticus. virtus eius resolutiua. ⁊ conuenit doloribꝰ dētiū qñ fit ablutio oris cū decoctione eius. ⁊ qñ coquunt̃ folia eius cū vino: ⁊ fit inde emplastrū apostematibus: ⁊ exiture matricis: quorū humiditas nondū peruenit ad saniem: resoluit ea: cuius virtutes latius inuenies si leges ireos. Et alterius speciei lilij que dicitur casoras secundū eundē auct. Gal. radix habet substantiā subtilē: ⁊ est desiccatiua: ⁊ resolutiua. Semen vō eius habet eandē ꝓprietatem: veꝝ fortior est ī radice. virtus vō seminis

est que puocat vrinam. & curat duriciem splenis. Idem aucto. Dias. Radix conuenit vulneribus q̄ fiunt ī capite. & fracture eius. & qñ miscet̄ ei tertia pars ponderis eius de flore eius: & de centaurea quinta pars eius: & melle parꝝ: & fit inde emplastꝝ sedat dolorē: & extrahit ossa fracta: & omnia infixa carni ex spinis & sagittis & similib⁹. & qñ fit emplastrū cū eo curat apostemata phlegmatica: & apostemata ca. & qñ bibitur cōuenit contritionibus lacertoꝝ & dolori lateris: & strāgurie: & sciatice. & qñ bibitur cū vino cōfert morsibus venenosis. & puocat menstrua. & qñ bibitur ex semine illius pondere triū anolosach puocat vrinā puocatione forti. & qñ bibitur cū aceto resoluit apostemata splenis.

Dias. flores lilij domestici possunt emollire duricies neruoꝝ. folia eius cocta & imposita ad cōbusta pficiunt loca. vexationes serpentū curant. succus eius melli admixtus ac decoctus in vasculo nouo vlcera medetur. Item radix eius cocta atq̄ cū oleo trita ignis vstionibus conuenit. & mollit etiā matricē: & mēstrualem purgationē adducit. semen eius potui datū menstrua puocat: & partū deijcit. & ad serpentis morsum facit lilij flores leptomeres sunt. oleum ex floribus ipsius diaforeticū est: & sine aliqua mordicatione malacticū. est vtile ad omnē duriciē matricis. in cōfectionibus v̄o pro oleo sicionio mittit̄. Radix eius & folia per seipsa trita desiccāt humores: & pijciūt mediocriter: & digerunt. & vsturas sanant. Radix v̄o eius cocta sub prunis: & trita cū oleo rosaꝝ: & īposita vsq̄ ad cicatrices sanitati vsturas perducit est etiā omnibus vulneribus ad cicatrizandū optimū medicamen. ventrē laxat. & menstrua puocat folia eius ante cocta in aqua: & post trita & imposita nō solum vsturis & vulneribus: sed etiā in vlceribus cicatrices facit. succus v̄o folioꝝ eius cū aceto & melle coctus: ita q̄ quinq̄ partes sint succi: & aceti due pbatū est medicamē: vbi nimis desiccari opus est: & in magnis maxime capitis & musculoꝝ: & quecūq̄ sūt infixa per longū tempus: & vix ad cicatricē venientia. Itē.

Sera. auct. Dias. iris illyrica que est alia species lilij facit ad tussim. vulnera curat. sanies intraneoꝝ facile pducit. & purgat cholerā. & cū mulsa. vij. ℥. data somnū inuitat. tortiones cū vino potata sedat. bestiarū venenis occurrit. spleneticis & cōtractis: & frigora & horripilationes febriū cū vino data medetur. menstrua puocat. elixatura eius ad duricies matricis fomento pdest & resoluit. sciaticos p clystere curat. fistulas & etiā empetigines curat tūsa & cū melle collyrio facto purgat & replet: & cicatrices inducit. collyrio facto: & pessarij more iniecto secundinas educit mulieꝝ. facit etiā ad duricies veteres cocta: & cataplasmatibus imposita. puluis etiā eius cū melle vulneribus: & vbi ossa nuda fuerint imposita replet. dolores capitis cū oleo rosaꝝ & aceto vt cataplasma capiti īposita tollit. lentigines: & papulas que in facie nascunt̄ cū hellebo ro albo misso & melle cataplasmatibus impositū purgat. pessarijs & malagmatibus & acopis misce tur. in omnibus calasticis vtilis est. Auicē. de viribus cordis ait q̄ confortat cor.

Lilium celeste. i. iris illyrica: vt supra.
Lilimbar .i. amigdale amare.
Liligi. i. succus herbe: que arabice dicitur nil: & ē indicus.
Lilingalio .i. pastinaca.
Lilistagus .i. saluia.
Limacia quid est lege balzum.
Lima marina .i. rima marina.
Lima fragis. i. auripigmentū. Limpha. i. aqua.
Limphaticus .i. hydrofonitus.
Limeri secundū Pli. herba est a qua sagitte inuenenantur.
Limesar. i. vsnen. Limesari idē qd̄ s̄.
Limilac .i. alac.
Limiosios .i. centaurea.
Liminium .i. panicum.
Limisiar .i. afronitrū.
Limpitudo est superfluitas que exit ab oculo.

Cap. 506.

Limoncellum

omnibus est notū cuius odor confortat cor. & eius acetositas est fri. & sic. & valet syrupus ex eo factus contra febres pestilentiales.

Limocostida .i. linostosis.

Cap. 507.

Limolion

est herba sicut bleta siluestris.

Dias. ca.° limolion. Limolion ē herba thyrsum habens lilio similē: & folia blete similia: semen plurimū rubrū redarguentis sicue stiptice virtutis.

Gal. viij. sim. phar. ca.° de limolio. Limolium fructū habet austeꝝ. cū vino ipsum dant ciliacis: & sanguinē spuentibus. iuuat aūt ad fluxū muliebrē.

Cap. 508.

Limon

fructus pulcher odoratus: plenus succo acetoso: valde apto salsamentis. & ipse etiā comeditur sale conditus. nusq̄ memini me de ipso legisse apud auctorē auctenticū: nisi apud Aui. in quarto canone de cura febriū acutaꝝ in generali: vbi iubet dari aquā acetositatl limōis ñ saliti Lymos per ypsilonē pestilētia: sed limos per iota est fames.

Limus idest panicum.
Limura idest calx viua.
Limus lapidis quid est lege lichin.
Limus aquaticus idest limus qui inuenitur super aquas: pro chimolea ī tumore pedū a Pli. ponit̄
Limus similiter ponitur p fructu: & est limon.

Cap. 509.

Linaria

herba est similis esule vel lino: propter qd̄ linaria vocatur. & differt ab esula: quoniam esula latescit linaria nō: vnde versus: Esula latescit sine lacte linaria crescit.

Posse. succus eius valet contra herisipillas inunctus: et cũ succo pimpinelle mixtus. et ipsa sola valet ad cancrũ trita et imposita: ad hoc similiter succus eius valet.
Linlas .i. petra.
Limpha .i. aqua. inde limphatus idest aqueus.
Linesia .i. centaurea maior.
Linnesia idem quod supra
Lineon idest oleum de semine lini.
Linilualcobal .i. perna.
Lini semen quid est lege bararichichene.
Linchinis sm Dias. in pprio ca°. est geniculata vl' ballaria: et est valeriana: pro qua lege fu.
Linchidis idem quod supra
Linchiti semen ponitur in confectione mitridati in antidotario virili: et est semen viole.
Lingias .i. petra.
Limpidatoris .i. mundificatiua.
Cap. 510.
Linostosis gre. vl' limozotis: aut parthemon: ara. alibleb: lati. vo mercurialis.
Dias. capitulo de linostosis. i. mercurialis: folia habet ozimo similia: hastas sic elsine: et ramulos breuiores: et inanes cũ furcis plurimis ac densis. femina vo est maior: que etiã appellatur cheligion: semen habẽs quasi acinos et q plurimos. Masculus vo minor atq rotũda semina habens: et velut binis testiculis paruis exordio natiuitatis ornata: capitella minuta habẽs circa foliũ sic epithimũ et semẽ rotũdũ. Aueroys i li°. colliget ca°. de mercuriali. est cal. et sic. complexionis in primo gradu. Posse. Dias. vtriusq fructus elix' et comestus ventrẽ mollit. Elixatura ei' accepta humores aquosos purgat. dicitur vo q folia femine trita et veretro peruncta: similiter bibita feminas gñare facit. et folijs masculi sic disciplina fcm masculos gñare fac. Et idẽ c°. de capone. Capa coct' mercuriali et iuscellũ eius acceptũ deponit humores crudos: et nigrã cholerã. vtilis est tẽporalibus febribus: et typicis egritudinibus: tremoribus et inflationibus stomachi. asmaticis et arteticis singulare presidiũ est. Gal. vij. sim. phar. ca°. de mercuriali. linosostida. i. mercurialis: vtuntur omnes quidẽ ea ad vẽtris subductiones solum. at vo si temperans quis voluerit cataplasmare eam inueniet diaforetice sufficienter virtutis.
Linostrofon. i. marubiũ. Linos. i. linum.
Linomotis idem quod supra
Linotes agria idem. Linozatis idem.
Linublet .i. hypericon.
Linusarch .i. affodillus.
Cap. 511.
Lingua canis latine: grece cinoglossa: a cinos quod ẽ canis: et glossos qd est lingua: inde cinoglossa idest lingua canis: est herba similis arnoglosse: nisi quia sunt ei coste apparentes in folijs eius: sed sunt leuia satis. et est in eis bona appens.

Posse. medetur vlceribus oris et alijs vlceribus fraudulentis. frigide est et sic. complexionis. et curat alcolam. balneum decoctionis eius curat gomoream. Cap. 512.
Lingua bouis latine vl' buglossa: ara. ledenalchaur: grece aleptosilon. Sera. lib. aggre. cap°. ledenalchaur auct. Dias. ledenalchaur siue lisen althaur. i. lingua bouis: et ẽ plãta que assimilatur herbe que dicitur caromas. et habet folia versus terrã aspera et nigra. et assimilatur in figura sua lingue bouis. Pli. capitulo de aleptosilon. est herba lata habens folia. et canna eius est plana. rami canne eius sũt sicut pedes locustarũ. et color eius est ex viridi et citrino compositus: latine dicit' buglossa. Posse. Ser. auc. alcauzi ẽ frigida. et quando flos eius comburitur cõuenit fluxibilitati dentiũ et gingiuarũ: et ad alcola pprie que accidit ĩ ore puerorũ: et omnibus infirmitatibus que fiunt in ore. conuenit cardiace que fit a cholera. et quando aliquis vult eã sumere: sumat cũ bolo armeno
Gal. vij. sim. phar. capitulo de buglossa secũdũ translationẽ ara. virtus eius est cal. parũ et hu. et cõuenit tussientibus ex asperitate canne pulmonis. et cocta cũ melicrato: aut piecta in vino inducit leticiã. Et idem eodem libro et capitulo secundũ translationẽ gre. buglossum hu. et cali. est cõplexionis. vnde ĩ vino potata leticie causatiua creditur esse. cõuenit autẽ et eis qui ppter asperitatẽ gutturis tussiunt in melicrato cocta.
Gal. de viribus cordis dicit q confortat cor
Lingua arietis .i. arnoglossa.
Lingua agnina idem qd supra.
Lingua bubuli .i. betonica.
Lingua equi idem qd supra.
Lingua auis quid est lege lisenalbasafir.
Lingua ceruina .i. scolopendria.
Lingua passerina. i. centũnodia vel poligonia: sed lingua passeris dicitur ara. lisenalbasafir: et est plãta que crescit super terrã ad longitudinẽ vnius cubiti. habet folia viridia sicut nasturciũ: virgas subtiles et nigras: citrini coloris. nascit' in segetibus ĩ oriente. habet flores citrinos et albos: et vaginas p'uas. et in qualibet est granũ paruũ minus grano melonis.
Lingua asini est planta habens folia rugosa non magna: habens radiculas odoris ligni cypressi fragrantia.
Liparidũ. i. liquidũ: et est alumẽ lĩpidũ liparidũ. sz quidam dicunt q alumen liparidũ dicitur: qm de leparis insula fertur.
Lippi ferrei in antidotario virili. i. trocisci spleni don: et est squama ferri que lippidos dicitur.
Lippitudo est superfluitas que in oculis abundat.
Lipotomia syncopis malfacon absolutio spumatio idem. et est defectio cordis: inde dialipidos siue dialipon. i. defectio cordis.
Lipothomia idẽ qd s. Lipomenos. i. deficiẽs.

Liporgeon	.i.argilla.
Lipos	.i.limpitudo.
Lippotomia	.i.limpitudo.
Lipurial	.i.leporina.
Lipurialos	idem quod supra
Lippum.i.iunci radix.	Lipt.i.rapa.
Liquamema	.i.amarus.

Cap.513.

Liquiricia

latine: grece glicoriza: ara. slis. Sera. li. aggre. ca. slis auc. Diasco. Slis est arbustũ hñs ramos longos duobus brachijs. habet folia similia folijs arboris masticis. & super folia est humiditas que adheret manui. & flos eius similis herbe flori dicte brachion est: & purpurei coloris. & semen eius est in magnitudine semĩs arboris dicte kalatabas: verũ est asperius eo. & habet radices lõgas in colore suo similes ligno: qd nominat in oriente bussuz: aut sicut radix genciane. & est in eo stipticitas cũ dulcedine: & exprimitur inde succus.

Dias. ca. glicoriza: & ẽ que nascitur in cappadocia aut in ponto. frutex est hñs virgas longas duorũ cubitorũ: in quibus folia sunt spissa & similia lentisco: sed pinguia & glutinosa florem pfert hiacyntho similẽ. semen habet simile platani & asperũ: qd semen est latum: sed ru. uz & oblongũ. sunt illi radices bussei coloris: & longe sicut genciane constricte: & dulces que exsiccantur vt liciũ. Pli. ca. de liquiricia. glicoriza herba est q nascitur in cãpis: gustu dulcis: & cũ dulcedine abũdante: de qua succus extrahitur: & medicorũ vsui seruatur. Cassi. felix ca. glociriza. Glicoriza gre. ex eo dicta q dulcẽ radicẽ habet. glien enim gre. dulce dicitur. Gal. vij. sim. phar. cap. de liquiricia magis iuuamentũ qd in liquiricia est: est in succo eius radicis. & substantia eius est ppinqua substantie nostri corporis: & valde similis est ei. sapor eius radicis est dulcis cũ stipticitate pauca. virtus eius frigidior complexione hominis: & est tepide caliditatis: & ideo est ppe complexionẽ equalem. & est hu. temperate humiditatis. Theodorus Priscianus. Liquiricia est eligenda nõ multũ grossa nec nimis tenuis: que ĩ terra crocea fit: que etiã caz frangitur leuis est & interius subalbida: sed nigra vel viridis abijcienda est. succus eius fortioris efficacie est qui efficitur sic: cum viridis est radix concutitur bene: & in aqua decoquitur fere vsq ad cõsumptionẽ: postea exprimitur & desiccatur in sole: & in rotunda corpuscula secundũ formam vasculorũ formatur. Alij sophisticãt hoc modo: faciũt puluerẽ liquiricie: & coquũt in aqua: & addunt mel: & faciunt vt diximus.

Dias. Posse. vires habet relaxãtes cũ dulcedine exhumidantes: vnde & sitim sedat. & renũ & vesice mitigat dolorem. & puocat vrinã & menstrua. & omnez tumorem tunsa & imposita placat. succus ipse asperedinẽ arteriarũ dilenit: & nõ solum tracheã arteriã sanat: sed etiam scabiosam vesicam. siqui succ. diu sub lingua retet. glutiri dz: q estuationẽ stõachi tollit: & tũorẽ stõachi & epatis tollit ac cõpescit. Radix vesice & renũ vulneratõez curat. bibita cũ dulcore siti phibz vulnerib. vtil ẽ. radices ipe mastica te sr stõatice. elixatura radicis oĩa ista facẽ nouit. ipa radix ĩ puluere redacta & iposita pterigia deterit. Gal. glicoriza asperitates nata ẽ remouere: nõ solũ ĩ arteria sed in scabiosa vesica propter mediocritatẽ complexionis. Theodorus priscianus valet cõtra omĩa vicia pectoris decoctio eorũ ĩ aqua & ĩ pleuresi & piplemonia. aqua decoctionis eius valet contra tussim. ad idẽ valet electuariũ factuz ex succo ligricie & melle. Liquiricia masticata & sub lingua retẽta sitiz & asperitatẽ stomachi & gutturis mitigat.

Lirion ĩterpretatur fluere: inde collyriũ quelibet medicina qua vtimur ĩ liquida substãtia: vel que fluxũ mouet: vt suppositõia & similia. nescio tamẽ vnde apropriatur hoc vocabulũ ad designãdum tantum quod ponitur in oculis.

Lisariab	.i.gariofilata.

Lissa.i. arbor cuius folia sunt similia folijs citoniorum & habet fructum similem galle.

Lisematide	.i.cantarides
Lisen	.i.lingua

Liseos grece dissolutiuũ. Paulus cap. de frenesi his inquit & de lini semine: & omnes liseos &c.

Lisunatomi	.i.boerago.
Lisenel chemel.i.plantago.	Lisenabaur.i.borago

Cap.514.

Lisenbasafir

ara. gre. Lienula lasir: latine lingua auis. Sera. li. aggre. ca. lisenbasafir. lingua auis est arbor similis arbori dirdar: nisi quia foliũ ei. est lõgum simile folio amigdali. & fructus eius qui dicitur lingua canis: sunt racemi & palmites qui diuidunt in cheranub similes folijs oliuarũ: nisi quia sunt minora satis. & intra quãlibet cheranub ẽ medulla similis lingue auis: exterius rubea: & interius alba: declinans paululũ ad citrinitatez. sapor eius est acutus mordicatiuus cũ pauca amaritudine. & qui ponit eius virtutẽ ca. in fine secundi nõ elongaur a veritate. & cõueniens est dicere q cũ caliditate fit humiditas: quia nõ apparet mordicatio eius postq̃ bene masticat. Et sciendum. q est alia lingua auis: que est debilitans stomachũ: & puocans ventrẽ: & est corrigiola maior: & ista nõ est illa de qua locutus est Sera. nã idẽ Sera. in ca. d augentibus in coitu. dicit q lingua auis ẽ lingua pascerũ. Itẽ idẽ dicit in. vij. in cõfectione pillularũ indarũ q assimilat pellicule vel corticule que est in medio bacce lauri. Auic. ca. de augentibus in coitu inter medullas cõputat. nõ est ergo quã ponit Sera. Auic. herba: sed est prima species p Sera. descripta: vñ qñ ponit simpliciter prima Posse. Sera. aucto. dz intelligi. Aben mesuai. cõuenit dolori lateris. & puocat vrinã. auget in spermate. & corroborat libidinẽ. Et idẽ auc.

Damasceni.ꝛ cōuenit cardiace. Et idē auc. Bedigoras. auget sperma. Et idē auc. Rasis. ꝓhibꝫ cardiacā:ꝛ auget sperma. Et idē auc. Isaac. ē ca. ꝛ humi. in primo gradu:ꝛ delectabilis. et de ꝓprietate eius est cōfortare libidinē. ꝛ auget sperma. ꝛ habꝫ virtutē humectandi comesta cū carnibus vel alijs valet sil'r cōtra siccitatē pectoris.

Lisis .i. dissolutio.

Cap. 515.

Lisimachion ſm Dias. proprio ca°. hastas hꝫ maiores ꝛ fructicosas: circa q̄ꝝ nodos folia minuta hꝫ salici similia florē purpureū aut aurosū. nascit' locis humectis. **Posse. Dias.** succus herbe hui' stipticus est. sanguinē reijcientibus maxime ꝓdest. dysentericis potui datus ꝛ suppositus subuenit. fluxum matricis mulieris abstinet suppositus. naribus ꝓfluentē sanguinēꝫ fronti illinitus statim stringit. vulneribus recentibus pacolesim facit. herba fumigatione adhibita vim veneni longius arcet: ꝛ sorices occidit. **Gal.** vij. sim. phar. ca°. lisimachion. predominantē hꝫ stipticā qualitatē: ꝓpter quā ꝛ plagas cōsolidat. ꝛ emorosagias que ex narib' sistit emplastratū. ꝛ aliaꝝ etiā emoroisagiaꝝ idoneū est pharmacū ipsum. ꝛ etiā succus eius adhuc magis: ꝛ bibitus dysenterias:ꝛ sanguinis eductiones:ꝛ fluxū muliebrem sistit.

Lisinia .i. auis cardella.

Cap. 516.

Lissiuia la. gre. coma. **Dias.** lixiuia iter caustica mittit':ꝛ ē ad vsū medicīe efficacissima ex cinere querc' nō solū ꝓficiens hominibus: sed pecoribus que tensione pulmonis vexant': ꝛ quib' venenata res aliq̄ obsistit: bibita enī statim salutēꝫ affert. vtilis est etiā in humectātib': ꝛ ī fistula:ꝛ ad difficilia vulnera sananda:ꝛ callosa ꝛ longi tp̄is sordida: que nullā medicoꝝ per lōgū tp̄s senserunt virtutem: quotidie lauanda sūt:ꝛ sic sananda apto medicamine: quia virtus lixiuie nō sanat: sed vulnera ad sanitatēꝫ disponit. Cinis ex sarmentis stipticus est. ꝛ ano ꝛ in recente vulnere:ꝛ in ꝓfluo positus sanguinē sanat. cinis ex sarmētis oliue acerrim' ē:ꝛ ex nucleo puro acrior ē. ꝛ hec lixiuia vulnerū cācaromata oīa aufert. ꝛ ex hac lixiuia sordida vulnera lauāda sūt. Caprifici cinis acer est: sed brassice cinis oīb' superiorib' acrior est. Cinis caprifici corticis pruriginosas ꝛ sordidas empetigines aceto acri prelotas sepius superpositus sine dubio curat. **Gal.** vij. sim. phar. ca°. coma. coma. i. lissiuiū illud qd̄ ē q̄ lotio cineris ita noīat': absterſiue aūt est ꝛ siccatiuissime omniū. ꝛ qd̄ ex cinē ficulnee ꝛ titimalli fere iam putrefactiue est virtutis: que qualis sit in v. lib. pertransiui.

Lithargia. i. obliuio. Lithargio. i. stupor

Lithargyriū. i. spuma argenti: ꝛ ē nomen cōpositū a lithos qd̄ est spuma:ꝛ argiros qd̄ est argētū: pro quo lege marechet.

Lithargas subete est solutio cum somno.

Litagluchichi est species mirrhe

Litarmenum .i. lapis lazuli.

Liteta .i. verruce.

Litemus .i. stercus muris.

Litenas. i. empetigines. Litreatin. i. vsnee

Licia .i. valeriana.

Lithiasis īterp̄tat' lapidatio a lithos qd̄ est lapis inde lithopotridus. i. lapis rotundus: vel lithiasis i. viciū lapidis: vel lithiasis. i. calculatio:ꝛ est egritudo mala. s. a lapide in renibus vel vesica existente. Cassi' felix Gal. ingt lithiuitas calculos vocāt.

Lithicolla ē gen' colle: qd̄ inuenies si leges glutē.

Liiis idest folia diuretica omnia.

Lithimū vel alithimū quid est lege lobachium.

Litri .i. blitis.

Litiitos .i. cucumer agrestis.

Litospermonasis. i. g̃na sol'. Lithos. i. lapis.

Lithodemon est lapis demonis q dr̄ gagates.

Licodendion. i. corallus:ꝛ est dicē lapidea arbor.

Litospermon. i. lapideū semē: eo ꝙ est duꝝ vt lapis:ꝛ sunt grana solis: lege litteram culb.

Litostistis .i. saxifraga.

Litho mantinū. i. gēma que in nocte lucens est

Litomeris .i. subtilis substantie

Littopotidus. i. lapis rotūd'. Litron. i. nitron.

Lixoperitū. i. medicamen infrigidatiuum.

Lixosilon .i. cartasilago.

Litocopros .i. stercus lupi.

Litiumbar .i. cymbalaria.

Litrūbari idē qd̄ supra. Lit. i. rapa.

Lobarda est species calami aromatici.

Lobarflua .i. bardana.

Lobia. i. fasellum:ꝛ est fassus gallicus.

Lobirach. i. anabula. Libidron. i. bircina

Cap. 517.

Ochalchada ara. grece ꝛ lati. medulla. **Dias.** ca°. de medulla. Medulla ossiū. oīs recens sine sale mollitiue atꝗ virtutis mitifice est. inueterata vō sine sale recorpatiue efficit' relaxando. veꝝ oīb' de medullis melior est ceruina: secundo vitulina: tertio taurina: quarto caprina: quinto berbecina. verum medulle autūno colligende sunt: q: reliqs tp̄ibus mixte sunt sanguini:ꝛ in eo tp̄e ossa fragilia sūt. ꝛ nunc demū medullas eximere debes cū tu ipse osse fracto eas exemeris. Multe eīꝫ in istis fiūt ipostuere. virtus est oīb' ca. ꝛ malactica:ꝛ laxatoria:ꝛ plerotica vulneꝝ. medulla ceruina pūcta oīuꝫ bestiaꝝ venena expellit. cōficis aūt eā ex seuo:ꝛ repōnis sil'r supiorib' adipib'. medulla oīs leuiter mollire ꝛ laxare duricies ꝛ tumores pōt. recēs aūt colat' emollita supfusa aq̄:ꝛ lintheolo expssa:ꝛ iterū sili disciplina lota purgatur donec aq̄ purior fiat tunc duplici vasculo resoluta eliq̄t' detracta sorde seu purgamētis. ꝛ rursus mortario sinit' coagulari. seruatur aūt in vasculo testeo nouo ad vsū: malacticā virtutē hn̄s:ꝛ sclirodes corp'is relaxans.

Auic. libro secūdo capitulo de medullis. ex medullis cōuenientior est medulla vitulorum et cerui: deinde tauri: postea caprarum: deide ouiū. et medulla quidē hircorum et taurorum proprie nō castratorum est magis sicca. et medulla extremitatū ē magis pinguis. et medulla ē calefactiua: lenitiua: abstersiua: multi nutrimēti si digeratur. et ē bona duriciebus: et lapidositati: illa que est sicut ceruorum et vitulorum nō sicut medulla hircorum. illorum enim medulla est ca. et sic. Medulla conturbat stomachū: et delet appetitū. et oportet quod comedatur cū pipere et seminibus et ipsa supposita conuenit duriciei matricis. et fugat vermes venenosos.

Locium	.i. vrina.
Lociualium	.i. pentafilon.
Lociualion	idem quod supra
Losac	.i. fructus mādragore.
Losasar. i. assa fetida.	Losaber. i. nenufar.
Logoar. i. berbena.	Logoz. i. acorus
Logozi	idem quod supra

Cap. 518.

Lochachium ara. gre. lischimū vel habel alithimū: latine granū culcul.

Sera. libro aggre. ca. lochachiū folium eius est simile folio albena. et est herba que habet venas in grossitudine pollicis et indicis et longas. et sunt coste prope terram sicut scel. et sunt in eis nodi. et nascuntur i vno quoque nodo folia similia folijs balsami. et est albū maius. et in sūmitate eius nascuntur flores in vere et in principijs messium: quorum color est color violarū: nisi quia sunt maiores eis. et qū flos habet fructum magnū in quātitate ciceris: plenū: dulcis saporis: latine vocatur granū culcul. et herba eius inuenitur in locis vmbrosis. et iuxta radices arborum magnarum: et in locis vehementer humectis. et tempus collectionis eius est i tempore messis. virtus eius ca. et hu. in secūdo gradu. **Posse. Sera.** mouet coitum: et auget sperma: et erectionē virge: et proprie qū cōficitur cū melle vel miscetur cū sisamo. et qui vtitur eo nimis incurrit coliricā passionē. Et idem auc. mesaruget: qū bibitur post ipsum vinum facit sodam et proprie quando torrefit.

Lohelibet	.i. volubilis.
Lohenas	.i. camphora.

Lohleng. i. rosule: et sunt quidam tumores nodosi suspecti: qui vocantur rosule. istud vocabulum ponitur in antidotario damasceni cap. de oleo citrino: et de oleo citrangulorum.

Loleng	.i. betonica.
Loletareb. i. arsenicū.	Lolebau. i. amomū.

Lolium quid est lege stelle.

Loliban. i. affodillus.	Lolibani idē quod supra

Loma est secunda species vlcerum cornee oculi: sed lora est aqua in vinacia macerata.

Lomalarius. i. vlcus in cornea oculi: sed parum profūdū.

Lonitis	.i. mentastrum.

Cap. 519.

Lonchitis secundum Dias. lonchitis est species gladioli: folia habens porri similia: sed latiora et rufa: multas habens super radices virgas sparsas super terram: et ramos super terram decliues: in quibus sunt flores similes pelicino: sed forma eorum vt gete est. et album habet in medio sicut rostrū: et labrum insanū: et sicut lingua. ē semen eius lancie simile et trigonū et longum: vnde et lonchitis appellatū est. Radix est ei similis dauco. nascitur locis asperis et siccis. Pli. ca. lonchitis folia habet rubicunda: semen nigrū simile comedorum: quorum ora patent: et oblongū in similitudinē lancearum: radicē vt daucus. Radix eius cū vino bibita vrinā prouocat. Itē Dias. Est et secundū genus lōchitis folia hūs sicut scolopēdria sed aspiora **Posse.** folia eius imposita vulneribus tumorē nō admittūt. bibita cū aceto splenē sic **Gal.** vij. sim. phar. ca. lonchitis. eius quicāt. dem semen triangulum habet simile lancie secundū figurā. Radix quidē similis ē aliqualiter pastinace: et propterea vrinariū est pharmacū. eius vero qui similis est scolopendrie folia viridia quidē ad cōsoliditatē vulnerum sunt idonea. sicca vero per oximel bibita splenes scliridos sanat

Lopinas. i. auripigmentū: sed lepnias fragidos .i. terra sigillata. quidā tamen exponūt quod sit auripigmētum licet nō vere: sicut apparet si leges lepnia.

Lopospermatis semē ē quasi sperma. i. semē herbe que frangit lapidē: et est granū solis.

Loptospermatis	idem quod supra.

Lora idest vinum quod dicitur pucciolum.

Lorasen	.i. pulegium.
Lorascium	.i. mentastrum.
Loton	.i. farina fenugreci

Lotos. i. arbor mag: et ē arbor mella vel agrifoliū

Lotos	.i. species trifolij.
Lotus	.i. lothos.

Cap. 520.

Lotura plumbi secundum Dias. ca. de lotura plumbi fit sic: accipe mortariū plumbeū et pistellū plūbeū: et mitte aquā et tere quādiu nigrescat: et postliqua per lintheolum: et refunde: et adde aquam quod possit melius liquari: hoc fac quādiu sufficiat: et postea dimitte residere in mortario plumbū: et tere lauando sicut lauatur cachimia quādiu aqua limpida fit Alij vero combustū plumbum terunt et lauant disciplina superiori. Multi vero limaturā plumbi terūt et lauant disciplina superiori. **Posse. Dias.** virtus est ei frigida: et stiptica: et pareplastica: malactica alta vulnera replens. rheuma oculorum abstinens. superflue carnes crescentes vulneribus depascit. fluxum sanguinis vulnerum bene stringit. ani vulnera et condilomata cum oleo rosato medicatur. vulneribus cicatricem inducit. tantam efficaciā habet quātam et spodium vel turia: quia scarotica est. omnia ista inuenies si leges basas.

Lubem	.i. olibanum.

Luben idē qđ supra. Lublet.i.lupulus
Lubit idest faseoli. Lubia idē qđ supra
Lubieta idest almea. Lubrie idē qđ supra
Lubue idest arbor cuius gūmi est storax.
Lubusar idest antimonium.
Lubusari idem quod supra
Lucapsas idest lactuca asini
Lucath aldeneb est id qđ auro adhēt.ꝛ ē borax.
Lucaridis est lapis egyptius quo fullones vtunt̄ ad dealbationē pannoꝝ: lapis qui in aqua velociter soluitur.ꝛ est satis stipticus.
Lucabat barbarica est quoddā qđ est sicut hermodactilus.ꝛ orit̄ in aphrica.ꝛ ē tassus barbassus
Lucefason .i.mentastrum.
Lucifalidon .i.sponsa solis.

Cap.521.

Luchia ara.vel lengibi: latine faseolus.

Sera. li.° aggre.ca.° luchia siue lubia auc. Diasc. folia habet similia folijs plante: que dicitur cussus: nisi quia sunt molliora.ꝛ rami eius sunt subtiliores similes filis adherentes herbis quibus approximāt: ꝛ elōgantur multū donec sit vmbraculū sub eis.ꝛ habꝫ vaginas subtiles similes vaginis fenugreci: nisi qꝛ sunt longiores eis ꝛ pinguiores: ꝛ interius vident̄ quasi varij diuersi coloris: quia quedā trahūt ad albedinē: ꝛ quedā ad rubedinē. ꝛ comeditur hui⁹ fructus elixus sicut comedūt̄ sparagi. virtus eoꝝ ca.ꝛ hu.in primo gradu. **Posse. Sera.** gñant multaꝫ ventositatē.ꝛ ꝓuocant menstrua. ꝛ inflant ꝛ generant humores phlegmaticos grossos. ꝛ sunt mali stomacho.ꝛ rubei sunt grossiores.ꝛ qñ sumuntur cū sinapi ꝛ comedunt̄: sinapis ꝓhibet maliciā eorū.ꝛ albi quidē sunt multā humiditatē habentes. ꝛ sunt graues digestioni.ꝛ cyminū iuuat ad digestionē eoꝝ: ꝛ comedere eos calidos cuꝫ almuri ꝛ oleo ꝛ cymino.ꝛ nō comedatur cortex eoꝝ exterior.ꝛ bibitur post eos vinū paꝝ grossum.ꝛ preparati cū aceto sunt difficilis digestionis ꝓpter siccitatē aceti.ꝛ de ꝓprietate eoꝝ est ꝓuocare menstrua ꝛ maxime qui sunt rubei ex eis.ꝛ ipsi sunt boni pectori ꝛ pulmoni.ꝛ faciunt somnia mala. Auerois lib.colliget ca.° de faseolis lengibi. faseoli declināt ad ca.ꝛ hu.ꝛ impinguant corpus.ꝛ ꝓuocant vrinā ꝛ sanguinē menstrū.ꝛ laxant ventrē: ꝛ ꝓprie rubei ꝛ inducunt somnia mala.ꝛ faciunt vertiginem
Luctribos .i.tassus barbassus
Lucoion.i.viola alba. Luconai.i.alumen.
Lucublet .i.psillium.
Lufaba.i.mandragora. Lufabar idē qđ ṡ.

Cap.522.

Luf foragōtea bleda saredarecō vł asclepias ara.gre.dragōtiū: la. serpētaria vł vipina vel collū dracōis.

Dias. cap.° de dragontea. dragontea siue vt alij asclepias folia habet aaron similia: sed plura ꝛ minora: cuius virga vel hasta duobus cubitis est longa: ꝛ ipsa varia similis serpenti liuores.i.maculas purpureas habens solidas vt digitus: in qua semen est simile botruo: primo coloris viridis. post maturitatē vō color est ei similis croco.ꝛ est gustu mordax. radix eius bulbi habet rotunditatē similē aaron cū corio tenui. nascitur vmbrosis locis ꝛ hortis. **Sera.** li.° aggre.ca.° luf.i.dragōtea.ꝛ est maior ꝛ minor. vbi sciendū ꝙ maior est qui vocatur serpentaria. ꝛ illa est habens folia crispa que ponitur hic. sed minor est illa que vocatur aaron.ꝛ est illa habens folia plana: pro qua lege aaron. **Gal.** vi.sim.phar.ca.° de serpentaria. substantia radicis eius subtilior est substantia radicis aaron. ꝛ in sapore eius est acuitas ꝛ amaritudo: ꝛ stipticitas pauca.ꝛ virtus eius est ca.ꝛ sic.ī primo gradu **Jo.mes.** ca.° de luf. Luf est planta que dicit̄ colūdra cōis. ꝛ ex ea est alia planta habens folia plana: alia crispa. ꝛ radix plane est exterius ad nigredinē attinens: interius vō est alba. crispa vō exterius cinericia: interius alba ad citrinitatē declināš. ꝛ super vtriusqꝫ radicē eleuant̄ stipites habentes maculas in modū serpentis. Melior pars totius plante est radix. ꝛ melior radix est grossa ꝛ cōpleta ꝛ orta in locis liberis.et melius tēpus collectionis eius est ver: ꝛ principiū estatis.ꝛ crispa calidior est plana. Plana calida est in primo: crispa in secundo. **Gal.** dixit plana ca.est in pn̄cipio secūdi: crispa in fine.ꝛ verius est. ꝛ in vtraqꝫ est caliditas ꝛ acuitas quasi posita in supreficie cuꝫ substantia terrea: sꝫ in plana substantia terrea est vincens plus.ꝛ vtraqꝫ est abstersiua: incisiua: penetratiua: apitiua: subtiliatiua humoꝝ grossoꝝ ꝛ viscosoꝝ adherentiūꝫ crispa aūt ad hec oīa est fortior. nocet vtraqꝫ acuitate sua stomacho et epati debili: faciens rheumatizatiōēꝫ ꝛ mordicationē.ꝛ rheumatizat ad stomachū materias a mēbris vicinis. corrigitur primuꝫ nocumētū vt ꝓpinetur cū rob aut melle passulaꝝ aut speciebus alefangie.ꝛ secundū nocumētū corrigitur permiscendo ei aliquod ex medicinis stomaticis stipticis: sicut est mastix ꝛ citonia.ꝛ propinare trociscos diarodō p⁹ ei⁹ exhibitionē tollit nocumen/tū ipsi⁹. **Posse. Dias.** semen ei⁹ expressum virtutem habet in succo: nam addito sibi oleo dolorem aurium compescit. lane inunctus in naribus additus polippos maxime curat. ꝛ cancros optime sanat. seminis eius.xxx.grana cum pusca bibita caligines oculorum emendat. flores eius cū ceperint maturescere si a muliere pregnanti fuerint odorati aborsum faciunt. virtus est radicis ei⁹ ca. vnde orthonoici more electuarij accepta medicatur. tussientibus ꝛ catarrum habentibus maximuꝫ prestāt effectum. thoracis tumores curat nō reuersuros: maxime si assa aut cocta accepta fuerit. sicca tunsa: ꝛ in puluereꝫ ducta melle addito omnia similiter facere pōt. diuretica est. ventrē stimulat cum vino bibita. vulnera sordida fagedenica cum brionia alba ꝛ melle purgat.ꝛ cicatrices curare facit: ex q̄ collyria ad pustłas necessarie fiūt. aborsū

facit imposita. dicitur quod si quis ex ea radice se tinxerit tutus ab incursu serpentũ seruatur. aceto mixta maculas limpidat. folia eius recentibus vulneribus necessarie adhibentur. elixatura eius adhibita permonibus maximũ presidiũ est. succus radicis ei⁹ caligines: et glaucomata: et pterigia detergit radix ipsa decocta et comesta pdest. In insulis quibusdam orientis melli addito comeditur. est enim feruentis et recorporatiue virtutis: quam greci metasyncreticam vocant. Item ex ipsa collyria cum melle confecta atque formata fistulis aptantur. facit etiam ad detractionẽ tardantis vrine. cum melle linita polippos et canceromata cõsumit. odor radicis atque herbe conceptionẽ vteri mox facturã corrumpet. seminis eius grana. xxx. illud efficiũt. acrior est quam aaron: et amarior et calidior. et est extenuatoria plus in se. etiam habet vim aliquam stipticam cum parua acredine vel amaritudine. Radix autem plus operatiua. purgat enim viscera et extenuat pingues et glutinosos humores. et ad vulnera maliciosa optimũ medicamen est: quia purgat et emendat fortiter. cũ aceto trita et linita alfos tollit. folia vero eius vulnera et plagas recentes exercẽt

Grea. lib.aggreg.cap.Ras.auct. Dias. quidam adurunt caput leporis ⁊ curant cū eo allopiciā. pisciculi parui caput quādo aduritur ⁊ pulverizatur super scissuras ani curat eas. ⁊ muri qui fit in eis quando fit emplastrū cū eo curat vlcera fraudulenta putrida q̄ sunt in ore.

Rasassaf .i.salix
Rassafritim .i.auis.
Rasapa est de succis fructuū ad spissitudinem decoctis: pro qua.l.l.sapa.
Rasatyrion .i.testiculus vulpis
Rasadasa idem est qđ de ventre fit que a sancto Jacobo asportantur postq̄ extrahitur cortex fricando oblate fuerunt similantur margaritis.
Rata albani est inquit species trifolij dū ē recēs sic vocatur: sed sicca dicitur sassasa ⁊ cadhab: ⁊ ī hispania dicitur herba oculoꝝ. oritur ī hortis ⁊ ī pratis. in principio ortus ei⁹ est ut trifoliū: postea fit gracili⁹ eo: ⁊ habet flores ut lenticule.
Ratha idem quod supra
Ratee .i.git
Rathee idem quod supra
Ratheresen .i.polipodium.
Raticon Paulus cap. de asmate. aliquis potium aut cibi raticon idromilon. ⁊c̄.
Ratienigi.in.vij. Jo. Serapi. in vnguento ilseleni amin: ⁊ ē vnguentū apostoloꝝ: ⁊ ī alijs multis locis exponitur ꝙ ē colofonia. Itē in Auicē. ī secūdo in ꝓprio cap. similiter exponitur. veruꝫ idem Jo.ca. de paralysi dicit ꝙ ē gūmi granoꝝ viridium quod vocatur ratienigi: ⁊ hoc gūmi ē terbentina. Itē eodē ca. de asmate. accipe inquit granoꝝ pineaꝝ sup quas est ratienigi multū secundū veritatē: hoc nomē cadit sup omnē resinam: grecuꝫ imitando. Nam retin grece resina ut in libro de doctrina greca.
Raund a reu grece aliud barbaꝝ: aliđ seni quod nascitur in india secundū Aben mesuay. ⁊ aliud turchiū secundū eundem. aliud ponticū a ponto: sic a regionibus nominatur.
Raued idem quod supra.
Rauabel .i.kambel.
Ran .i.anetū.
Razic. .i.lac acetosuꝫ
Razich idem quod supa
Razienigi .i.feniculus.
Reas apud dias. ē secūda species papaueris.
Reactis .i.petrosellium
Realgar fit ex sulfure calce viua ⁊ auripigmēto ⁊ ideomate nostro vocatur soricoria. interficit sorices ⁊ omnia animalia. puluis eius est mortificatiuus fistule ⁊ vermiū equorum: et est corrodens omnē malā carnē.
Rean .i.myrta.
Reac .i.algulenati.
Realti pessibasi .i.feniculus.
Reiben.i.lapis qui est sicut cancer.
Reibeni idem quod supra
Reib .i.lac acetosum

Cap.603

Euponticum

.i.barba sirista. ⁊ est radix pontica: multum similis reubarbaro: interi⁹ habet venulas distinctas ut reubarbaꝝ: sed nō tingit ut renbarbaꝝ. ⁊ dicitur reuponticū eo ꝙ in ponto insula reperitur: vel quia ponticū habet saporē. ⁊ reu tantū ē dicere quātū radix. Dias. cap. de reupontico: reuponticū nascitur in bostoro: ⁊ sic ad greciā venit. cui⁹ folia magna sunt similia folijs simphiti. Radix ē aliquatenus vasta: ⁊ nigra basta similis centauree: sed breuior est fragilis ⁊ leuis in pondere sine odore et gustu amara leuiter stringens: ⁊ si masticetur fit gluctinosa ⁊ crocei coloris.

Posse. Dias. vires efficaciter habꝫ stringentes: ⁊ ideo vino quasi in fomento imposita inflationes desiccat: ⁊ vulnera gluctinat: ⁊ sanguinis abundātiam reprimit. habet in se magnā substantiā tēperandi quia tenet in se terreni frigoris ⁊ caloris partē: et leptomeris est. ad asmata ergo rheumatica ⁊ orthogonia iuuat. potata liuores ⁊ empetigines sanat. cū aceto illinita ⁊ potata: emoptoicis ⁊ dysentericis prodest: sed bona ē que nō est pertusata. in gustu mucillaginosa modicū submordax bibita ī flationē stomachi tollit: laxitudinē ⁊ dolorem stomachi. spleneticis ⁊ epaticis bibita ꝓdest. cōquassatiouē corporis reficit. de alto cadentibus subuenit. nefreticis ⁊ torsioib⁹ ⁊ thoraci ⁊ hypocūdrijs salutare est. ictericas ⁊ sciaticas causas cōpescit. sanguinem reijcientibus vtiliter adhibetur. asmaticis prodest. subgluctientibus vtiliter adhibetur. ciliacis ⁊ dysentericis frigorib⁹ typicis singulare p̄sidiuꝫ ē. morsibus venenatis occurrit. similiter ut agaricus datur ī oīb⁹ causis zernas limpidat. ⁊ liuores cū aceto imposita: similiter cum aqua linores omnes tollit. virtus ē ei termātica ⁊ paulo stiptica. Paulus cap. de reupōtico cal. ē ⁊ siccum in secundo gradu. virtutē habet mundificandi confortandi ex ponticitate sua: ⁊ diureticā ex qualitatibus. aqua decoctionis ei⁹ soluit opilationem splenis ⁊ epatis ex frigida causa. cerotū ex puluere eius ⁊ oleo ro. ⁊ cera valet cōtra debilitatē stomachi. puluis eius lūbricos occidit.
Rheuma grece est artus qđ ē fluxus vel cursus.
Reu .i.radix.
Reud idem qđ supra Cap.604.

Eubarbarum

latine: arab. raued vł raud. vñ dicitur reubarbaꝝ

a reu qd̄ est radix ꝛ barbarū: quia est radix que ī
barbaria regione oritur ꝛ in india ꝛ transmarinis
partibus. ꝛ est aliud quod dicitur reuponticum:
de quo supra. quoniam dicitur sic eo ꝙ in ponto
insula reperitur: vel qꝛ ponticū hꝫ saporem. Reu
barbarū vt quidā dicunt radix est cuiusdā arbo-
ris. Reperitur quasi quedā tuberositas in radice
eius et cetera. ꝛ est ca. ꝛ sic. in secūdo gradu. Jo.
mesue reubarbarū quoddam oritur in India: et
vocatur rauedseni: ꝛ est melius. ꝛ quoddam orit̄
in barbaria: ꝛ est laudibilius post illud. ꝛ quoddā
oritur in turchia: ꝛ est minus laudabile istis. ꝛ lau
datur magis ex eis qd̄ est subnigrum declinās ad
rufedinem: ꝛ qd̄ graue est cū raritate sua: ꝛ ī quo
in confracturis inuenitur disgregatio ex rufo et
glauco: ꝛ quod ē crocee tincture: ꝛ quod est recēs
cognoscitur quod nō est adulteratū: quoniam est
rarum ꝛ minoris stipticitatis: ꝛ ē crocee tincture.
Adulteratū vero hꝫ contrarium horum ꝛ uarie-
tatem quam hēre debet in confracturis amisit: ī
mo subnigrescit in eis: ꝛ est ca. complexiōis ꝛ sic.
in secundo gradu. Conuenerunt autē ī pmixtiōe
ei⁹ aq̄itas et terreitas dātes ei stipticitatem substā
tie: ꝛ aereitas dans ei raritatē substantie. ꝛ est ī eo
igneitas perficiens: que propter actionem eius et
terreitatē ipsius ipsum facit esse amarum. verum
terreitas est ƀm profūdum eius: ꝛ igneitas est in
superficie ipsius: q̄propter infusio separat inter
eius substantias. ꝛ cōpletio operationis solutiōis
ꝛ apertionis opilationū per ipsū est per dominiū
caliditatis in superficie eius. ꝛ cōsecutio cōtractio
nis per ipsū est a substātia sua terrea stiptica. Nō
est in eo nocumentum apparens: ꝛ datur in omni
tēpore ꝛ in omni etate: ita ꝙ ēt pueris ꝛ pregnan
tibus datur: ꝛ est de elegātioribus ꝛ melioib⁹ me
dicinis aque lactis: ꝛ proprie qd̄ sūptum est ex ca
pris: que magnificat operationem eius. similiter
magnificatur infusio eius in aqua endiuie: ꝛ apij
prius bulitum et colatum: vel in aqua plātaginis:
ꝛ non pretermittatur quin cadat ī societate eius
spica. Est. n. ꝓpꝛij iuuamenti cū ipso: neqꝫ pretmit
tas additionem modici vini albi odoriferi clari ī
infusionibus eius: ꝛ ꝓprie qn̄ in emendatiōe opi
lationum ꝓpinatur. ꝛ eius quidē infusio compe-
tit qn̄ solum queritur abstersio solutio ꝛ opilatio
num apertio: ꝛ ipsius contriti exhibitio. qn̄ que-
ritur vt post illam in uisceribus vestigia cōtractio
nis remaneant: verum ex eo ꝙ assum ē: uehemen
tius facit illud: ꝛ adhuc uehemētius ex adusto. et
quod ex eo purius est sustinet qd̄ oportet ꝛ mere
tur de contritione. In raro aūt ꝛ laxo cōtritio ue
hemens resoluit virtutem. decoctio etiā similiter
resoluit qua
liscunqꝫ sit.

Posse. Jo. mes.

Educit solutione eius choleram et phlegma. Ma
ior eius proprietas est mundificare epar ꝛ sto-
machum: ꝛ conferre doloribus pungitiuis eorum
ꝛ viscerum ꝛ clarificare sanguinē: ꝛ auferre opi
lationes ꝛ morbos quorum mater est opilatio: sicut
hydropisim: hictericiam: grossiciem splenis: et fe
bribus opilationum ꝛ similia. ꝛ ex parte substātie
sue proprietas est conferre sputo sāguinis ꝛ ema
nationi eius vndecunqꝫ sit: ꝛ casui ꝛ percussioni. ꝛ
sanare rupturas intrinsecas ꝛ extrinsecas. ꝛ ꝓprie
eius. ℥. i. mumie grana. ij. ꝛ rubee tinctorum gra-
na. xv. cum uino stiptico. ꝛ confert inūctio olei ei⁹
contusionibus et contritionibus lacertorum ꝛ do
loribus eorum. ꝛ ipsū quidem ē medicina singul-
tus. ꝛ est medicina bona dysenterie: ꝛ ꝓprie qd̄ ex
eo est assum ꝛ bibitum cū succo plātaginis ꝛ pau
co vino stiptico. ꝛ confert feb. periodicis et feb.
opilationum ꝛ feb. antiquis. Dosis potio eius in
fusionis a. ℥. ij. ʒ. usqꝫ ad. x. ꝛ contriti a. ℥. i. usqꝫ ad
℥. iiij. Et ipsum conseruatur per annos. iiij. et con
seruatur a corruptione ꝛ putrefactione si superli
niantur ei cera ꝛ terbentina liquefacte: aut cera so
la: aut si sepeliatur in melle taberzet: aut sepeliat̄ ī
psillio aut milio. conseruatur. n. tunc tpe extēso.

Rebise .i. genus locuste.
Rebikengi .i. lupinus.
Rebicbe .i. cicade marine.

Cap. 605.



Ebith arab. lati. epar.

Sera. lib. aggre. capi. rebith. au
cto. Gal. epar canis rabio
si qn̄ sumitur in cibo curat morsū canis rabidi. Et
idem aucto. Dias. epar asini qn̄ comeditur cōfert
epilepticis ieiuno sumptum. Epar hirci si come
ditur ab epileptico facit eum cadere. Epar porci
masculi desiccatum et in potu sūptū confert mor
sibus uenenosis. epar canis rabidi ƀm ꝙ dicitur
administratum assatum: ꝛ comestū ab eo quem
momordit canis rabiosus ꝓhibet eū a timore aq̄.

Dias. cap. ficatus. ficatus caprinus carbo-
nibus impositus sudorē quasi aque
emittit: que collecta oculis infusa noctilopas sani
tati restituet. Sed dum elixatꝰ fuerit ab his qui
epileptica passione tenentur: si comedatur similē
parat effectum. ficatus capre combustus ꝛ pulue
re aspersus sanguinem fluentem reprimit. contri
tus cū aceto sanguinem abundantem de naribus
concludit. uentrem stringit. Ficatus burdonis cō
bustus ꝛ cū oleo myrtino capiti illinitus capillos
fluentes sistit: ꝛ eos crescere facit. Ficat⁹ vulturis
coctus cū sanguine ipsius vulturis tritus ꝛ per di
es. viij. potatus caducis prodest pro epatib⁹ ī via
cibi. l. l. latamie.

Recal .i. vsnee.

Recabinum in prac. Haly. in cap. de febre conti
nua exponitur: ꝙ est machalum: qd̄ est bdellium:
ꝛ in cap. de constipatione uētris ꝛ fluxu in fe. scri
bitur uarenichim: ꝛ alibi ueremenchū ꝓ eodē.

Recoab. .i. galbanum.

Recorporatiua medicina ē īspissatiua que carnē
ꝛ cutem densat: confortatqꝫ membrū ꝛ temperat
complexionē: que grece metasinterica uocatur.

Rechoma. Plin. affertur inquit de his que supra
pontum sunt eadem costo nigro similis: minor ꝛ
ruffior: paulo sine odore: calefaciens gustū ꝛ ab

stergens: eadē trita vini colorem reddit ac ad crocum inclinantem.
Rec.i.sucus: de quo fit acacia.
Redarguēs virtus est stiptica repercutiēs. Dias. cap. de arbore pini.
Redhab est species trifolij.
Redidomum.i.morula vel semen eius: et est mora rubi.
Redidomar .i.berberi.

Cap. 606.

Refo arabice: latīe cucumer asininus: vel agrestis. est ca. et sic. in tertio gradu. fit ex succo ei⁹ fruct⁹ elacteriū quod satis laxat per iferiora et superiora: et per duos ānos in multa efficacia seruatur. virtutem habet purgandi principaliter phlegma: secūdario choleram. Contra arteticam podagram et chiragram et iliacam passionem datur. Ad menstrua prouocāda puluis elacterij cōficiatur cum oleo muscelino uel cōmuni: et licinius bombacis ītinctus supponat̄. ad apostemata fri. maturāda elacterij. v. ℥. cū farīa ordei cōficiant̄ cū vitello oui: et supponat̄. Idem valet ꝯtra ca. apostemata. Ad apostemata rūpendum fit optimum ruptoriū ex elacterio et terbentina: ad vermes auriū conficitur elacterium in quantitate. v. granorum cum modico aceto et tepidum infūdatur. Ad oēm dolorem stomachi ex frigi. cā iungat̄ ex cōfectiōe elacterij et cere et aceti. Ad lentigines faciei et oēm superfluitatem eius remouēdam accipe cerusam et cāphoram et elacteriū in quātitate illorum duorum conficiant̄ cum aceto in modum vnguenti ī mortario plumbeo et pistello plumbeo et ponatur in vase vitreo per dies duodecim: postea iterū in eodem mortario et pistello moueatur addito aceto: et inungatur facies et omnem pannum absterget et lētiginēs. Sera. lib. aggre. capi. refo aucto. Dias. planta eius est diuersa in fructu eius: qm̄ ipe est minor satis cucumere domestico: et est in figura sua similis glandi longe: et folia ei⁹ similia folijs citrulli: sed radix eius ē alba. Nascit̄ in rupibus et campis: et quod ō ea administratur est succus fructus eius: substantia eius ē subtilis: et sapor eius est amarus. uirtus eius est que calefacit et desiccat ī secūdo gradu. dosis ei⁹ est a kirat ij. vsq; ad. iij. Gal. octauo simplicium pharmacorū .i. cap. sikij agri. sikij agri. i. cucumeris siluestris. succū ei⁹ fruct⁹ elacteriū nomināt.
Raga .i. cerusa.
Regalea quid est lege. l. de galea.
Ragalter .i. cicuta.
Regebertederien. Stephanus ē inquit radix vētorum: et dicitur cucurma: et dixit iterum q grece vocatur chelidonion: et reuera quid est cucurma le. l. cucurma. Regius morbus antiquitus uocabatur icteritia. Cassius felix proprio capitulo: et Plin. et oribasius in cōmento aphorismorum hippo. hic et aurigo ab aureo colore. et arcuatus morbus similiter dicebatur ab archa sideris in celo apparentis. Regillus est auis paruissima omnib⁹ nota nullius effectus ad opera medicīe.
Regul⁹. i. serpēs interficiēs suo sibillo et suo visu.
Regularp .i. polium.
Relaxatio membrorum. i. paralysis.
Relambach .i. myrtus.
Relambachi idem quod supra.
Relinisteo barba capillacea.
Relubach .i. myrtus.
Relis. i. aqua que super lac acetosum eleuatur.
Remiar .i. cymbalaria.
Remiari idem quod supra.
Rembi. i. hn̄s crura retorta versus extra.
Renitentes .i. tractui rēsistentes.
Renifasea .i. regalea.
Renisar .i. vsnec.
Resimti quid est. l. l. khule.
Reseines i. passule.
Resemes idem quod supra:
Resemesi idem quod supra.
Resina quid est. l. l. batronig.
Resina frixa .i. colofōnia.
Resis oculorum exponit Oribasius q est ruptura illorum. vnde resis grece eruptio.
Resin. i. pentadactilus: et resin. i. sanguis dracōis.
Reseresin idem qd̄ supra.
Resincabe .i. carui agreste.
Retin Paulus cap. de asmate. i. resina.
Retim idem quod supra.
Riada grece passio in angulis oculorum: ut Alexander cap. de egritudinibus oculorum: et ē secundum Paulum diminutio carnis. Demosthenes Rias inquit est continuus lachryme fluor debilitate partium aut ex leso angulo uel in modica chirurgie vexatione. Item alibi quibuscunq; passionibus lachrymosi oculi fiunt: riade sūt a ueteribus nuncupate: qd̄ nos fluibe dicere possumus et cetera. Chiada apud Cornelium scribitur.
Ria .i. malum granatum.

Cap. 607.

Ribes quidam dicunt q est acetosa: et quidam dicūt q ē coccus: sed falso: qm̄ nō ē acetosa: qm̄ Mesue facit semotim capi. de rob de ribes a cap. de rob. de acetosa. similiter ubi ponit capitulū ō rob. de ribes. ait q ualet sic rob de acetosa. Item non est coccus: qm̄ coccus est ca. et sic. complexionis: sed ribes sunt frig. et sic. Albani est planta stipitem hn̄s rubeum ad viriditatem decliuē tenerum: cuius sapor est dulcis acetositati mixtus: folia rotunda viridia nigra: cuius granū portatur de corasceni: acidi saporis: de quo fit rob et cetera. Nos autē loco eius succum acetose: que est lapacium agreste ponere possumus. Sera. lib. aggre. capi. ribes auc. Isaac benaram. ribes est planta hn̄s capreolos recētes rubeos ad uiriditatem declinantes. et habet folia magna lata rotunda uirida. et habet grana quorū sapor est dulcis cum acetositate. et ipsa est frigi. et sic. in secundo gradu: et signum super hoc ē acetositas ei⁹ et stipticitas. et ex hoc cōtingit q īfrigidat

stomachum. et aliqui dicunt quod est frig. et sic. in tertio gradu. Nascitur autem planta ista in montibus syrie frigidis niuosis. ipsa abscindit sitim

Posse. Sera.

et confert speciebus babaon.i.morbilli. et abscindit sitim que fit a caliditate corporis: et retinet fluxum. et conuenit speciebus bothor que fiunt in corpore sicut uariole et similia. et prouocat appetitum et incoriat stomachum sua frigiditate. et abscindit sitim a cholera et fluxum uentris et uomitum. et rob eius confert cardiace et vomitui et fluxui qui fit a cholera: et prouocat cibi appetitum. et in rob eius est dulcedo et acetositas. et idem auctoritate Rasis: ribes est frig. et sic. stringit uentrem et extingit choleram et acuitatem sanguinis: et non stupefacit dentes. et idem aucto. Aben mesuay: frig. est et sic. in secundo gradu. et rob eius est sicut rob acetositatis citri et agreste in virtute. et est bona emoroidibus et ebrietati. et putant aliqui medicorum quod est sit illa que nominatur acetosa et lapacium. Et putauerunt aliqui quod sit granum acetosum: quod affertur ex corascenis: licet omnes decipiantur.

Riben nascitur in monte libani: et est frigidissima herba.

Ribus apud Dias. est de statuis et de palestrato .i. de loco ubi fiebat ludus palestre: et est quod apud Auicennam uocatur sordicies in cap. de sordicie: vbi de his et de alijs loquitur. grecus uero typos dicit.

Rigeon .i. fluxus menstruus.
Rigelle .i. portulace.
Regenisori .i. salsamentum.
Rigos .i. rigor.
Rigosarch .i. centumnodia. Rigosafal .i. polium.
Rilofar quid est. l. l. nenufar.
Rilofari idem quod supra.
Risosatur .i. hypoquistidos.

Rima marina allearia pes asini idem. et est herba cuius folia sunt rotunda habentia odorem allij: que trita et imposita sanat noli me tangere.

Rimec .i. arimech.
Rimeida .i. rima. rimides .i. ruge rime.

Rimar .i. limatura. Paulus cap. de cicatricibus et albugine oculi. rimar cornu ceruini et cetera. Nam rimon grece lima.

Rinomelis grece ferreum instrumentum asperi capitis: ut lima qua asperitas palpebrarum eraditur. Demosthenes.

Rinon .i. limatura apud Paulum cap. de asmate inquit fagi et primi efficacior rinon.

Ringo grece rostrum: et scribitur rigos: et profertur rinchos.

Riparon .i. sucida.
Raparusim .i. bdellium.
Riparissimi idem quod supra.

Ripinos uel ripus sordidus ripos sordicies.

Riptica grece purgatiua: ut Gal. lib. vi. de ingenio sanitatis. ripticon catarticum.

Ripus .i. corpus.

Ripuli orobi et quid sunt. l. l. scisemine.

Ripusirac .i. portulaca.
Repulasur .i. arsenicum.
Riptum siluaticum .i. ambrosia.
Risari .i. pecten.
Risarch .i. affodillus.
Risarchi idem quod supra.
Rissati .i. peime.

Risis gre. fluxus lib. de doctrina greca uel rheuma

Risipella grece herisipilla.

Risi quid sunt. l. l. arz.

Ristritin .i. sumach.
Risusar .i. almee.
Risusari idem quod supra.
Ristum vnum .i. cotyle due.

Ringa grece ruga. Ritige ruge.

Ritidosos Demosthenes est rugosa siue follicu losa pupille passio.

Ritimum hab ns ritimum.

Riza .i. radix: inde glicoriza .i. dulcis radix: quam nos corrupte liquiriciam dicimus.

Riza panace .i. peucedanum.

Rizi .i. granum panificum. huius due sunt species. est enim vnum rubeum: et est aliud album: sed ad nos non affertur nisi decorticatum: et vtriusque medula est: pro quo. l. l. arz.

Rizonichia .i. radix vnguium.

Rizoncia cassius felix in antidotario sunt radices dure: que in vlceribus apostematum iam euacuatorum remanent.

Ris .i. cedrus arbor. quidam dicunt quod est cipressus: sed falso.

Risimar .i. lactuca asini.
Risissebeos .i. anuiden romanum.
Rissidus .i. climia. Roa .i. rosa.
Roan .i. marmor.

Roariati .i. egritudo in qua homo semper ridet.

Roan .i. salomonita: que similis est nostre: et est marmor ut supra.

Roi .i. decursus vel fluxus.

Roidea .i. arbor mali granati. et radion .i. pomum.

Roiton .i. auellana indica: et est fausel.

Robal karadi .i. vinum coctum.
Rabali eris .i. squama eris.

Robolie apud Isaac in dietis est legumen: quod apud Auicennam vocatur meise vel mes: verum apud rasim .i. almansore aliud est robolie: et aliud mes: pro quo. l. t. mes.

Robiche .i. sicade. Ribilie .i. robolie.
Robi .i. vinum coctum.

Robiloet herba est portulace similis: sed cum frangitur emittit lac: et est laxatiua valde.

Robosus .i. ligricia. Robosar .i. amomum.
Robosari idem quod supra.

Robub .i. succus inspissatus per seipsum.

Robulsari .i. gentiana.

Rob est vinum mustum coctum ad consumptionem duarum partium: vel quilibet succus sic coctus ita quod remaneat tertia pars: ut Auicenna quarto canonis fen. prima cap. de cura sinochi: vbi ponit modum faciendi rob iuiubarum: illa clarius inuenies si. l. l.

carenū:sed quādo rob simpliciter ponitur debet itelligi de musto.
Rochacb.i.feracia placenta panis valde tenuis.
Rochac idē qd supra.
Roceua.i.cum aliquis ridet sine cā.
Rosesar .i. atriplex.
Rocesari idem qd supra.
Rocua.i.cū aliquis sine cā ridet.
Rocuab idem qd supra.
Rocuafilon.i.pentafilon. Rodāche.i.flos rose.
Rodaprenum.i.landrus. Rodatiua.i. persica.
Rodachinon .i.fruct⁹ persici.
Rodhaba.i.rachaba. Rodemelli.i.rose ⁊ mel.
Rodemellion idem quod supra.
Rodesiar .i.carpoballsamum.
Rodius.i.cortex mali granati.

Cap.608.

Rodia secundum Dias. proprio capitulo radix ē nascens in macedonia similis costo:sed paulo lenior et non equalis:que digitis fricata rose longius iactat odorem:⁊ ideo vocatur rodia:qꝛ rodon rosa dicitur.cū oleo nardino cephalargicis maximum remedium est.capiti fomento adhibita ⁊ fronti illinita:⁊ tpibus maximum presidiū est. Gal. viij.simp.pharmacorum cap.rodiatiza.rodiatiza est radix que ī macedonia generatur:subtilis partis est ⁊ diaforetice virtutis in calefaciēdo : ut ī secūdo vtiqꝫ ponēdū est cum abcessu vel tertio incipiente.
Rodiadi idem quod supra.
Rodiatiza idem quod supra.
Rodinum .i.oleum rosatum.
Rodidonium.i.morula rubi uel semen eius.
Rodochina persicus arbor.
Rododaphni in lib.de doctrīa greca ē rosa grece lorandrum.Est autē expositio eius rosea laurus.nam est nomen cōpositum ex rodon qd ē rosa:⁊ daphnis qd est laur⁹.Ab Auicēna uocat̄ oleander.A Dias.nereon.Plin.rododendros nomē quidem apud nos inuenit latinuꝫ rododafnē: vocāt aūt nereon.Stephan⁹ rododafni:⁊ quid est.i. nereon. Rodo est insula quedā
Rodon .i.rosa.
Rodan agria .i.rosa agrestis alba.
Rodoleum .i.oleum rosatum.
Rodoleon idem quod supra.
Rodonsion.i.oleum rosatum et acetum.
Rodoemdium .i.mercurialis.
Rodonoxiron .i.rosa sicca.
Rodochant⁹.i.flos rose.Rodomel.i.mel rosatū.
Rodozacara .i.zucarum rosatum.
Rodoscon .i.aqua rosata.
Rodosconia idem quod supra.
Rogal .i.polium.
Rogina.i.scissura superficialis cranei:quam nos rimulam dicimus.
Rogel .i.pes.
Rogelion .i.almea.
Rogoson .i.arsenicum.
Rogosoni idem qd supra.
Roginos Paulus cap.de peripleumonia : id est ozesmon.
Roka .i.eruca.
Rokiaseos.i.centaurea. Rokial.i.amomum.
Romen in confectione mitridati ī antidotario virili exponitur rhaphanus.
Romee .i.lapacium acutum.
Romero .i.corona regia.
Romilia.i.camomilla. Romisar.i.anetum.
Romti.i.rhaphanus:pro quo.l.l.fagasinon.
Ronesac .i.hypoquistidpos.

Cap.609.

Ronder arabice:grece ⁊ latine olibanum vel thus. Sera. lib.aggre.cap.ronder auc. Dias.est gūmi ex cāchi siue kathech.⁊ sunt eius species quattuor.vna ē melior:⁊ est ex terra Indie:cuius color est smaraldinus ⁊ sicut color melongie:⁊ colligitur in cochije.⁊ figura eius est rotunda:⁊ fractura eius ē angulosa.⁊ ponunt illud homines in olla terrea:⁊ agitant ollā tā diu donec figura eius rotundatur : et post tēpus fit rubeum.⁊ secundū est ex terris arabum:⁊ est scdm in bonitate.⁊ melius ex eo est masculum:⁊ est illud qd est rotundū album et nō facile frāgibile.⁊ qn̄ frangitur qd est interius eius ē tenax.⁊ qn̄ fit fumigatio cum eo comburitur cito. Et tertium est in bonitate sicut arabicum. ⁊ est habens frustra minora qͣ ipsum:⁊ declinat plus ad colorem acori . Et quartum ē colore albo.⁊ quando frāgitur:uergit color eius ad colorē masticis. idē aucto.Gal.sapor olibani ē stiptic⁹ stipticitate multa.verum albū ex eo non hꝫ stipticitatem manifestam.virtus eius ē que calefacit in secūdo gradu:⁊ desiccat in primo: vnde ē stipticū. Dias. cap.de olibano. thus uel olibanū lachrym⁹ est arboris:que grece libanus dicit̄.qd autē de arabia defertur:candidum ē.qd uero de India rufum:sed vtrūqꝫ masculum ē.Est tertium genus minutum ualde et rufum:qd māna thuris dicitur.est ergo optimum thus qd masculum dicit̄ subrufum ⁊ rotundum et pingue et naturalit̄ leue et fragibile:⁊ qd ab igne cito incēdit̄: odorem suauem copiose emittens. Gal. vij.simpli. pharmacorum cap.de thure.libanum. i.ē thus: calefactiuum quidem est in secundo gradu: siccatiuum autē in primo. habet autē quid stipticans paucuꝫ:minime uero manifesta ē stipticitas in albo secundum colorem.cortex autē eius stipticam uirtutem manifestā possidet:quocirca siccat generose:ut in secundo gradu siccatiuū existat.
Posse.Sera. auc. Diasc. abstergit obscuritatem uisus: replet vlcera profunda:⁊ incarnat ea.⁊ cōsolidat vlcera recentia cum suo sanguine.⁊ quando bibit̄ olibanum:cōfert sputo sāguinis ⁊ abscindit fluxū menstruorum:et cuiuscunqꝫ sanguinis vndecunqꝫ fluat:et sanguinis qui fluit a cerebro ; qui dicitur mescha:⁊ est species fluxus sanguinis narium . et

prohibet vlcera fraudulenta que fiunt in ano et ĩ alijs mẽbris qñ miscetur cũ lacte: et fit inde licini um ꝛ administratur.ꝛ qñ admiscetur aceto ꝛ oleo ꝛ fit linimentum in pricipio formice aufert eam ꝛ empetiginem.ꝛ miscetur cũ adipe anceris et por ci:ꝛ curat vlcera facta ab adustione ignis: ꝛ scissu ras pedum que fiunt a frigore.ꝛ qñ miscet̃ cũ pi ce curat concussionẽ auriũ.ꝛ qñ miscetur cum vi no dulci et distillatur ĩ aurẽ:confert dolori ei⁹.qñ admiscetur cum chimolea ꝛ oleo ro.ꝛ liniunt̃ cũ eo apostemata ca. mãmillarum que fiunt post p tum:ꝛ confert eis.ꝛ ipsũ admiscetur cũ medicinis conferentibus pulmoni et emplastris resoluenti-bus apostemata interiora.ꝛ qñ bibitur cõfert spu to sanguinis et dissoluit phlegma:ꝛ aufert tristiti am et auget memoriã.ꝛ qñ bibunt de eo sani par meliorat eos:sed si nimis cũ vino biberit: inducit maniam:ꝛ amplius cum vino occidit.et comburi tur olibanũ qñ accipitur frustum ex eo et incẽdit̃ ꝛ inflãmatur et ponitur in testa subtili:ꝛ cõburit̃. ꝛ qñ cõburis eum oportet ut cooperias cũ aliquo alio uase:qꝛ facit cum hoc ꝙ nõ incineratur. Cor tex libani facit fumũ boni odoris.et substãtia ei⁹ est grossior substantia olibani.ꝛ sapor eius est stip ticus mãifeste. Et uirtus eius est que desiccat de siccatione forti quousqꝫ sit in fine tertij gradus.ꝛ nõ sunt in eo acuitas et mordicatio manifeste ꝛ cõ fortat et abscindit fluxũ sanguinis per sputũ.ꝛ cor roborat stomachũ laxatum.ꝛ confortat et conue nit fluxui sãguinis uentris et vlceribus ĩtestinoꝝ. Et olibanum similiter facit hoc iuuamentũ:nisi qꝛ cortex eius in hoc ẽ fortior propter uirtutem sue stipticitatis.valet enim cortex fluxui humiditatuꝫ matricis antiquarũ qñ fiunt nascalia cũ eo.ꝛ con fert ad abstergendum maculas et cicatrices.ꝛ cõ fert limpitudini.Fumus olibani ita colligitur:acci pe de olibano cum forficibus paruis:ꝛ incide ꝛ in flãma in lucerna:ꝛ pone ipsũ in uase ex terra no ua vitreatro:deinde cooperi cũ vase eneo habẽte orificiũ mundũ bñ purgatum:ꝛ interpone labijs vasorum ab vno latere aut duobus lapillũ grossi tudinis quattuor digitorum hñtem:vt possis aspi cere olibanum et uidere si comburitur:ꝛ si flam ma eius attingit vsqꝫ ad orificium vasis.fit etiam inde introitus per quem intromittere possis fru stũ aliud olibani anteqꝫ extinguitur primuꝫ peni tus extinctiõe cõpleta.et facias hoc quousqꝫ hẽas ex fumo quantũ vis. Et tu quidem lini cooperto riũ eneũ exterius linitũ limitiõe continua cũ spon gia madefacta ĩ aqua frigida:qꝛ qñ facies hoc nõ calefiet calefactione forti:et coadunabitur fumus vnus super aliũ.si vero non faceres hoc:conuerte retur fumus qui ascẽdit ad coopertoriũ inferius: ꝛ miscẽtur cũ cineribus ĩferioribus olibani. Incẽ de ergo ex olibano q̃tũ nolueris et collige fumũ eius ſm disciplinam quã monstraui tibi.Cineres aũt collige per se et pone semotim.Et idem auct. Gal.virtus fumi olibani est calidior et siccior uir tute olibani:quousqꝫ reponatur in tertio gradu: ꝛ abstergit et replet:ꝛ mũdificat vlcera oculi quẽ admodũ faciunt fumus mirrhe et storacis.ꝛ ideꝫ auc.Dias.fumus olibani sedat apostemata oculi: ꝛ abscindit cursũ humiditatum ad ipsũ:ꝛ mundi ficat vlcera eius:ꝛ generat carnẽ ĩ vlceribus ipsi⁹ que dicuntur chilomata:ꝛ sedat apostemata que fiunt ĩ eo que dicũtur kanri.fumus aũt mirrhe et storacis eodeꝫ mõ colligitur:et ualet ut supra. Et idẽ auc.Aben mesuay.olibanũ destruit phlegma. ꝛ aufert tristiciam:ꝛ confert cordi. ꝛ auget in me moria.Auic.de virib⁹ cordis dicit ꝙ cõfortat cor.

Roras Paulus cap.de dolore capitis.comedat in quit roras.i.mala granata ꝛ cetera.

Rorastrũ est smilax apud Dias.ꝛ apud kiranidã zinilax vocatur.Pli.inquit.smilax:quam nicopho ros cognominamus.

Roab ara.dactili:qui ꝛ thamara uocãtur:ꝛ alijs pluribus modis ſm diuersitatem specierum eoꝝ ex parte maturitatis formarũ ꝛ regionum etiam nominantur.

Rosa quid est:le.harel.
Rosa gariofilata quid est:le.quod supra.
Rosa regis .i.flos stafixarie.
Rosa asinorum .i.flos peonie.
Rosa vinee .i.flos spine albe.

Ros syriacus exposuerunt quidã ꝙ est flos orni: ꝛ non dicunt quid ornus est.sed ros syriacus ẽ su mach.vide ꝙ ubicunqꝫ ĩ libris de greco trãslatis hẽtur ros syriacus:ĩ arabicis eisdẽ locis et casib⁹ hẽtur sumach. Nam apud Dias.in capi.de origa novbi est ros syriacus:in Serapione eodem loco ex uerbo Dias.hẽtur sumach. Item ĩ capi.de mo ris vbi dicitur sicca et trita ponuntur ĩ loco roris syriaci: ĩ Serapione est sumach. Iteꝫ ĩuenitur sy rupus de fructibus in.vij. Jo. Serapionis:cui si milis inuenitur apud Plin.ꝛ Dias.ꝛ ubi ille hꝫ su mach:isti habent syriacus.

Rosa zamen .i.flos maluauisci.
Rosa seni .i.vesum.
Rosa persica.i.rubea:qm̃ a persia hñerũt ortum.

Rosa canina est plãta in cuius radice nascit̃ qua si fungus:ex quo fit hypoquistidos:qui fũgus vo catur arabice tararib.ꝛ planta uocat̃ barba hir-cina.ꝛ est alia species rose canine:que uocatur ro sago.

Rosa agrestis idem qđ supra.
Rosa marina quid e .i.laicralmarien.

Rosago planta est que ponitur in antidotario vi rili ĩ potione ad scrofulas:ꝛ est spẽs rose canine.

Rosaidicos siue restidicos Paulus cap.de amis sione memorie admiscentes ĩquit ĩfrigidãtia ꝛ sic cantia ut rosaidicos et mirsine et cetera:puto ꝙ ẽ sumach.

Rosaros.i.sturn⁹ auis. Rosaceũ.i.oleũ rosatũ
Rosata .i.antidotũ ex rosis.
Rosilo .i.aristologia.
Rosilio idem qđ supra.
Rosiliab.i.amidũ. Roso.i.mala granata.
Rosoi idem qđ supra.
Rostodor.i.bedeguar. Rosum.i.almea.

Cap.610.

R Ostrum porcinuz herba ē lōgitudinis vnius digiti et eiusdem lateris spandens se super terrā amplectēs eā:cuius folia ex vtroq3 latere sunt incisa incisuris magnis:ꝛ in eius medio leuatur stipes paruus:ī cui⁹ stipite fit quedaz lanugo rotunda sicut pila:sicut facit herba senicion:que cum tangitur dissoluitur:confert opilatis.

Rostrū coruinum herba est quā plures dicūt cōsolide speciem:sed falso sicut apparet si leges sinfitum:imo est herba utcūq3 pilosa hñs quasi odorē boraginis et uirtutem cōsolidatiuam.

Rotab .i.dactilus.

Cap.611.

R Otabea vl' rodhaba. Sera. lib.aggre.cap.rodhaba.qñ ē humidū et recēs dicitur assaxfasa.qñ ē sicca dr akes:ꝛ ē spēs leguminis sic nominata.Et idē auc. Dias.primo qñ nascit' ē similis andachuche: que nascitur in pratis.sed qñ est completa habet folia subtiliora q3 folia ipsi⁹.ꝛ habet ramos similes ramis andachuche.ꝛ sunt ei semina ī magnitudine lentis tortuosa sicut cornua.aliqñ desiccatur ꝛ administratur cū alijs rebus:et preparatur cuz sale. Et idē auctoritate Gal.sapor huius grani ē stipticus sicut sapor lentis.ꝛ virtus eius ē cal.caliditate tēperata.ꝛ exsiccatio eius ē amplior exsiccatione lentis:ꝛ comeditur sicut lens.Et idem auctoritate Isaac.benaram assaxfasa nascitur super aquas:ꝛ nō siccatur in estate neq3 in hyeme:ꝛ ideo nomīatur humida.ꝛ qḋ de ea administrat' est semen ei⁹ et folia. et est calidū et humidum:ꝛ est in eo inflatio:ꝛ ideo auget sperma:ꝛ incitat coitum:ꝛ auget iuuamentū medicinarū que faciūt ad hoc.ꝛ semē eius ingreditur ī pluribus cōfectiōibus fortibus. ꝛ qñ fit emplastrū cum folijs eius cōfert mēbris: que indigent sedatione doloris eorum.ꝛ est cōueniens cibo animalium.

Rozaz.i.cerusa. Rozazi idē qḋ supra.

Rozatab .i.lithargyrium.

Ruasniri est species miconis.

Ruan .i.marmor.

Ruan idem qḋ supra.

Rubea tinctorum quid est.l.l.litterā eritrodanum.

Ruben.i.radix quedā:que affertur de barbaria. similiter rubeni id ē caseus.

Rubea consolida .i.bistorta.

Rubeū.i.acacia. Rubicar.i.sinopida.

Rubien.i.cibus conueniens et sapidus:ꝛ ē caseus recens.

Rubine.i.sipia abluta. Rubie.i.os sepie.

Rubien idem quod supra.

Rubia .i.rubea tinctorum.

Rubidus panis.i.recoctus et rubefactus.

Rubrica.i.sinopidā:p quo.l.l.nepnia.

Rubus quid est.l.l.sulach.

Rupsus .i.liquiricia.

Rubsusi.i.herba que rubea uocatur.

Rugge idem qḋ supra.

Rugesar .i.cymbalaria.

Rugesari idem qḋ supra.

Rumani uel ruman.i.maluz granatū:inde romania.i.cibus qui inde fit.

Rume.i.malū granatū. Rumes.i.lapaciū acutū.

Rumesarch .i.pimpinella.

Runegi.i.lapis similis cancro.quidā dicunt q2 est cancer in lapidem conuersus.

Rusatū.i.es vstū. Rusaiigi idem qḋ supra.

Russacerui .i.semē genitale.

Rusne.i.zirūbet:ꝛ est species zedoarie.

Rusnen .i.tri de pasta.

Ruseritrias .i.flos syriacus.

Ruseritro idem quod supra.

Rusme.i.tri que fiunt ex azima pasta.

Rusmi .i.cepe agreste.

Capi.612.

R Uta lati.et gre.ara.uero radeb vel alselep.

Sera. lib.aggre.cap.radeb auc. Dias.Radeb.i. ruta:ꝛ ē ꝺ ea domestica et siluestris.sed siluestris est magis cal.q3 domestica ꝛ magis acuta:que escis non est bona.sed domestica et maxime illa que oritur circa arborē ficus:vel circa cucumeres est cōueniēs cibus.Et aliud genus rute siluestris que nascitur ī macedōia et ī galicia asie quā moly ciues appellant:ꝛ aliqui armolam eā uocant.frutex est ē vna radice virgas multas hñs:folia latiora plus q3 domestica:sed mollia et odorem grauē hñtia:ꝛ florem album:et capita maiora q3 domestica:et ī tribus partibus diuisa. huius semen obrusum et trigonū gustu amaruz est.hec in antiquo tēpore colligitur:cui addito melle et vino et felle caponis ꝛ croco:ꝛ succo marathri caliginem oculis detergit.

Posse.Gal. vij.simp. pharmacoruz cap.moly.quidam hui⁹ rutam siluestrem nominant:quidā autē armolā. virtus aūt eius subtilis est et cal.in quartum gradum.vnde et incidit grossos humores et diaforat ꝛ ad vrinationem prouocat. Et idē.viij. simplic. pharmacorum cap.pigamum.Pigamum.i. ruta siluestris quidem ex quarto est gradu calefacientium ꝛ siccantium : domestica uero ex tertio.ē autem non solum acris gustu:sed etiam amara quo incidere et diaphorare habet grossos et viscosos humores.propter eandem autem uirtutem ꝛ per vrinas euacuat:quinimmo et subtilium partium est et ventositatis destructiua:ꝛ iccirco ad sputationes conuenit:ꝛ animositates que ad venerea pertinent:ꝛ diaforat et siccat moderate.ē enim de fortiter desiccātib⁹ pharmacis.Et. Sera. aucto.Dias.ruta ē de rebus magis conferētibus inflationibus ꝛ uētositatibus.ꝛ ipsa extīguit libidinem coitus.vnde domestica ꝛ siluestris sūt ambe calefactiue adustiue prouocatiue vrīe ꝛ mēstruorum.Et quando comeditur ruta aut bibitur stringit uentrem.ꝛ quando sumitur in potu ex semine cuiuscunq3 quantitas vnius caluf cum vino ē medicamē cōferēs multū medicinis mortiferis

Et qñ comedũtur folia eius sola: aut cũ ficub⁹ ficis et nucibus auferunt nocumēta medicinarum mortiferarũ. ⁊ est vltima medicina cōtra maliciā venenoꝝ: qñ administratur sicut diximus. Et qñ comeditur et bibitur ruta: semper abscindit sperma. ⁊ qñ coquitur cũ aneto sicco: ⁊ sumitur sedat tortiones. ⁊ qñ administratur in hũc modũ cōfert dolori capitis ⁊ dolori pectoris et asmati et tussi ⁊ apostemati pulmonis et sciatice et doloribus iuncturarũ ⁊ rigoribus. Et qñ coquitur in oleo: ⁊ ponitur in clysteribus: cōfert inflationi matricis et ī flationibus ⁊ doloribus recti intestini. Et qñ terit ⁊ cōficitur cum melle et linitur supra collum matricis: confert dolori eius ⁊ suffocationi matricis. Et qñ coquitur ī oleo ⁊ bibitur: occidit ⁊ expellit lũbricos. ⁊ conficitur cũ melle: ⁊ fit emplastrũ dolori iuncturarũ et dolori ex concussiōe. ⁊ fit emplastrũ cum ea ⁊ ficubus hydropisi carnoso. Et qñ coquitur cũ vino usqꝫ ad consũptionē medietatis vini: ⁊ bibitur: cōfert speciei humide hydropisis. Et qñ comeditur sola sicut ē: aut salita acuit visũ. Et qñ fit emplastrum cum ea cũ sanich super oculum: sedat doloreꝫ eius. Et qñ teritur et miscetur cũ aceto et oleo rosato: ⁊ fit linitio cũ eo: sedat dolem capitis. ⁊ qñ intromittitur ī naribus ipsa aut succus eius abscindit fluxũ sãguinis ab eis. Et qñ admiscetur cum nitro et fricat inde morphea alba aufert eā. Et qñ fit emplastruꝫ cũ ea et cũ melle ⁊ albumine super empetiginem confert. ⁊ qñ succus rute calefit ī cortice granati: ⁊ distillatur ī aurē: confert dolori eius. ⁊ miscetur cum succo feniculi et melle: ⁊ fit collyriuꝫ cũ eo: ⁊ cōfert dolori visus. Et qñ miscetur cum aceto ⁊ oleo ro. ⁊ cōficitur cum cerusa: ⁊ fit linimentum cũ ea: cōfert herisipille et formice ⁊ vlcerib⁹ capitis humidis. ⁊ ruta qñ masticatur post comestionē ceparum ⁊ alliorum: aufert fetorem illoruꝫ. Rutā venenis resistere mustele docēt: que qñ cuꝫ serpētibus dimicature sunt cibo eius armant. Docuit etiā rex pōticus: qui cuꝫ fratris sui timeret īsidias rute folia cum duabus nucibus et totidē caricis admixto sale ieiun⁹ acceperat. Agrestis si sumatur nimis de ipsa occidit. ⁊ qñ ipsa colligitur: maxime cũ īceperit apparere flos: si carnem tetigerit vlcerat: et facit inflare cum pruritu: quare oportet qui vult eā colligere: ꝙ vngat manus et facieꝫ cũ oleo ro. Et estimauerunt quidaꝫ ꝙ si succus eius aspergatur super pullos gallinarum: non comedit eos milu⁹. Et putant quidam ꝙ illa que nascit ī macedonia ꝓpe fluuiuꝫ: qui dicitur archimon qñ comeditur occidit. ⁊ loca in quibus nascitur sũt loca serpētũ plena. Sed semen eius qñ bibitur: confert doloribus intrinsecis: ⁊ ipsum īgreditur ī cōfectionibus medicinarũ: et est iuuatiuũ. Et idem auc. rufi. Ruta domestica ē medicina maxima iuuatiua intestinis interioribus: ⁊ confert visui. ⁊ gummi eius est cal. in fine tertij gradus: sic. in tertio. curat vlcera oculi qñ puluerizatur super ea. et cōfert scrofulis que fiunt in gutture ⁊ subassellis.

Rutela est genus granee: ⁊ vocat tarantula.

Rutesicar. i. nasturcium. Rutinor. i. abrotanũ.

Rutib est qd facit stare sicut stat hō cũ erat tenēs faciem suam et ventrem super terrā.

Cap. 613.

Rhule ara. la. ti. ren. **Sera.** lib. ag greg. cap. Rhule auc. Gal. renes sani sũt ex piscibus illis qui stinci dicũtur. Et quidam deferũtur ex babylonia: ⁊ quidā ex India. ⁊ ex eis sunt qui generāt in mari corũ. ⁊ ex eis sunt qui reperiunt in regione lodie: ⁊ sunt species stellionis aquatici: ⁊ ipsi quidem desiccant in tempore autũni. Dias. stincus aīal est: qd et in India reperit quadrupes simile lacerte: ⁊ multo maius et longius et vētosius aptum ad venereos actus. sed in nostris ptibus hēmus eque paruulos: sicut sũt lacerte nouit orte: ⁊ in aqua sunt degentia.

Posse. Sera. quãdo sumit in potu ex eo qd ē iuxta renes stinci incitat fortiter libidinem. ⁊ hec medicina ingredit ī cōfectionibus ad excitandum desideriuꝫ coitus. Et idem aucto. alcanzi. si bibitur ex renib⁹ ipsi⁹ solum facit erectionē nimiam virge: adeo ꝙ oportet fieri medicinam extinguentē ipsũ. est cal. complexionis: ⁊ auget sperma et libidinem. ⁊ melior ex hoc pisce ē ille q ē maior ⁊ pīguior. Diasc. faciunt ad venereos usus: si caro ei⁹ vno cyatho potet. Nā si plus sumat: neruos ledit. Paul⁹ cap. de stinco ca. complexionis ⁊ ē sicce in tertio.

Sequitur de. S.

Sabates est nota gaudij

Sabat . i. salsa que fit cũ aceto.
Sabar . i. aloe.
Sabasa . i. cocule que a sancto Jacobo apportãtur postqꝫ exterior cortex fricando ablatus fuerit: ⁊ margarite similantur.

Sabanum. i. panniculi qui sunt intra grana granati: vel bombicinus pannus.

Sabagit. i. cibarium cũ iure vel salsamēta liquida ī quibus tingitur aliquid vt caro vel aliud.

Sabauri. i. subtilis. Sabacen. i. nabach.

Sabran. i. esula. Saber. i. aloes.

Saberemi . i. esula.

Sabel vel sebel. i. caro rubea crescens super albedinem oculorum ex venis contexta ad modum rethis: ⁊ palpebra inuersatur: ⁊ fit rubea ⁊ aspera.

Sabolenegi . i. emathites.

Sabdenegum idem quod supra.

Sabibonilchimi. i. bona succositas anteqꝫ sãguis fiat.

Cap. 614.

Sabon . i. formicariuꝫ: latine sapo. Sapo fit ex forti lixiuio et quacunqꝫ pīguedine: cuius multe sunt species eius. Est enim spatarcticus qui sic dicit eo ꝙ īcidit ut spata: ⁊ iste uocat

iudaicus quo iudei lauant sericum: z ē alius gallicus: z alius muscatus: z alius mollis z niger: et uocatur spa tarentus. **Sera.** lib. aggre. cap. sapon aucto. Pauli. virtus eius ē que abstergit z purificat: z ē cal. z vlcerat corpus: z ē fortis in hoc. z est bonum ad maturandū apostemata dura: z ad tollendū saniem: z ad mollificandū apostemata dura. Et idem auc. rasis est cal. z vlcerat corpus: z est fortis in hac operatione.

Sabor .i. aloes.

Sabot est nomen cuiusdā piscis: z est spinula.

Sabonion. i. spelta. Sacamine. i. mora celsi.

Sacandulion est portulaca siluestris laxatiua et lacticiniosa.

Sacach est rosa rubea uehemēter.

Saccaron ē mel ī arūdinibus collectum candidū dētibus fragile ad auellane magnitudinem: z ē zucarum aster.

Saccara idem quod supra.

Sachabachabemenon .i. flos papaueris.

Sachabic est flos papaueris albi.

Cap. 615.

S Achabenz ara. gre. z la. serapinum.

Sera. lib. aggreg. ca. sachabēg siue sachabenigi auc. Dias. est gūmi cuiusdam plante similis galbano in figura sua. z est vna ex speciebus ferule: sicut apparet ī littera ferula. Melius aūt ex eo est clarū exteri⁹ rubeum et interius album. odor eius est īter odorez asse z odorem galbani. **Posse. Sera.** auctori. Dia. cōfert dolori pectoris z attritioni lacertorum z tussi antique. z aufert superfluitates grossas que sūt ī pulmōe. z curat epilepticos z spasmū: cum facit declinare caput ad posteriora. z ualet dolori splenis z paralysi: et illi qui amisit sensuz z motuz alicuius membri cā frigiditatis que accidit neruis. z custodit corpus a frigore maxime uero a frigore febrium periodicarū. z fit cum eo inunctio in doloribus magnis et cōfert. Et qñ bibitur cum idromelle prouocat menstrua: z interficit fetum. z qñ bibitur cū vino confert morsibus venenatis. z qñ odorat confert suffocationi matricis. z qñ linitur cū aceto super cicatrices attenuat eas. z ipsum abstergit vestigia vlcerū oculorū. z confert obscuritati uisus et aque: que descendit ad oculum: z prohibet eam: z dissoluitur sicut dissoluitur aqua cū amigdal amaris ut ruta aut pane calido: z sic administratur ad ea que diximus. z est cōtrariuz uenenis mortiferis. z aliqñ teritur cū aceto: z linitur super ordeolum z aufert ipsum: z confert colice. z qñ sumit ī potu aut fit cum eo clystere purgat phlegma grossum qđ est in iuncturis. z mollit uētrem mollificatione competenti. z cōfert emoroidibus qñ sumit simplex aut cōpositum. z est conueniens medicinis laxatiuis acutis. z expellit ventositates grossas. z dissoluit lapidem. z confert rigoribus febrium. z auget sperma. z est bonū epati z purgat aquam citrinā. z confert pūcturis scorpionis. z confert uētositatibus ītestinorum et costarum. z purgat phlegma viscosum. z dosis ei⁹ simplicis est. a. ʒ. i. usqȝ ad aureum. i. īfusi aliqua decoctiōe: aut ī aqua rute: aut aqua mellis: aut fenugreci. z si admiscetur cum alijs medicinis īfrigidat: z sic dosis eius ē. ʒ. s. vsqȝ ad. ʒ. i. Et melius ē illud cuius color declinat ad rubedinez: z est clar hñs odorem bonū z acutum saporē. z cōfert doloribȝ emoroidar qñ bibit simplex aut compositū. z ē conueniens administrari cū medicinis laxatiuis: z ꝓhibet difficultatē aut grauedinem ear sup naturam. z resoluit uētositates grossas que generāt ī cor pore. **Gal.** viij. simp. pharmacor capi. de serapino. Serapinum. i. serapinum opos est cal. z subtiliuȝ partiuȝ simili alijs opis. hȝ aūt et quid abstersiuuȝ quo z cicatrices que in oculis expurgat z subtiliat: quinimo suffusionib⁹ ꝓpter grossiciem humor fictibus bonū est pharmacum. Ipsa uero planta ex qua fit ferule simil existens debilis et īutilis est. nomīat autē pricipalius illa serapinum. opos. n. eius ab utentibus nominat ita sicut z alia multa: ꝓpter defectuȝ uocabuli nominamus abusiue. melius erit ipsum nō serapinum sed opos serapini dicere. Paulus capi. cap. de serapino. ca. est et sic. ī tertio gra. et ipsum dissolutum ī succo rute frangit lapidez: z facit vrinare. z fit collyrium contra pannū oculor: z confert obscuritati visus et aque descēdēti ad oculū: cuius receptio ē hec: Recipe serapini. ʒ. i. dissoluatur ī. ℥. i. succi celidonie zucari. ʒ. ij. et distillet cum lacte mulieris ana equalit.

Sachasi .i. filix.

Sacharch. i. papauer nigrum: cuius flos est rubeus totus.

Sacra herba .i. herbena.

Sacer ignis .i. ignis persicus.

Saceatum. i. vinum ex fece sacis expressum.

Sacheifacirosa. i. spica. Sacilio. i. affodillus.

Sachilio idem qđ supra.

Sachilie lūcenea. i. rosa regis: z alio nomīe vocatur chiscebenium.

Sachidalion .i. affodillus.

Cap. 616.

S Achiliemenie ara. gre. blitoci vl bliton uel olus iamenum: uel olus coxilides: z latine uero beata agrestis vel blitis.

Sera. lib. aggreg. cap. sachiliemenie siue Sachalaiamena auc. Gal. sachiliemenie. i. olus iamenum oibus est notum. uirt⁹ ei⁹ est fri. z humi. in secundo gradu. **Posse. Sera.** auctori. Dias. herba ipsa comedit et mollit uentrem. z nō est omnino uirtus ī ea ex rebus medicinalib⁹: z hȝ ī se aqueitatem multaȝ plusqȝ oīa alia olera. et qñ fit emplastrum cū ea super apostemata ca. cōfert et sedat sitim z tussim que fiunt a caliditate. Et ipsum ē pauci nutrimenti qñ comedit et tarde penetrationis. Et idem auc. Isaac qñ fit emplastrū cū radice ipsius confert vlceribus que dicunt faui

a quibus emanat humiditas similis melli. Et idē auc. Habix. est fri. et hu. in secundo. humiditas ei⁹ ē amplior q̄ȝ humiditas lactuce et cucurbite. ꝛ substantia eius ē aquosa non hn̄s ī se grossiciem: qa cito descendit et mollit ventrem: ꝛ iō modice redditᷣ nutrimentū ex ipso. Et exprimitᷣ succus foliorū: ꝛ miscetur cum oleo ro. ꝛ confert dolori capitis qui accidit a calore solis. Et qn̄ coqtur herba ipsa: ꝛ ꝓijcitur super ipsaȝ oleū amigdalarū ꝛ succus malorꝫ granatorꝫ dulcium confert tussi sicce: que est cum caliditate et asperitate pectoris.

Dias. blitis fri. est ꝛ hu. nimis relaxat: ꝛ comestus ventrem mollit. eustomach⁹ ē et īdigestibilis hu. corporis medicamibus nō facit. natura eius sine acrimonia visa est: uātrē vsqȝ ad choleram plerūqȝ conturbat. Et idem auctori. Hippo. precipit ad sistenda nimia menstrua feminarum. in cibo dandum clauos. i. porros pedum ī posito eo liniri ꝛ comprimi credunt. succus eius ex vino datus utilitᷣ scorpionum venenis resistit: quibus etiam putant ipsum tritum ꝛ impositum plagis mederi.

Sachilie .i. affodillus.
Saclinotus .i. pulegium.
Sachilic būcena. i. rosa regis: ꝛ alio nomine uocatur sabachiscelnenam.
Saclinabiam .i. abrotanum.
Saclinopus idem quod supra.
Sacholochadea est nomen cuiusdam uermis habentis. xiiij. pedes.
Sacholomas id est stolimas: pro quo le. l. cardus siluestris.
Sacholamos idem.
Saccon .i. prima species calcāti.
Sachubi fandaricon .i. scolopendria.
Saculon fandericon idem qđ supra.
Sacundulion est portulaca siluestris que est laxatiua valde.
Sacudeum .i. allium agreste.
Saccupalea quid est. l. l. cinosbatus.
Sadaf .i. clocl[e]a marina.
Sedafa. i. quod fit de cocleis que apportantur de sancto Jacobo postq̄ȝ exterior cortex fricando ablatus fuerit: ꝛ similantur margarite.

Cap. 617.

S Adaram sadern̄a. Sera. lib. agreg. cap. sadaram. ꝛ est dictum ī lingua persica nigrum cadaka: ꝛ ē res nigra cum qua tinguntur ligna in chaaman: ꝛ est herba uel succus magne nigredinis ingrediens in medicinis odoriferis ꝛ zebara. et ē algalia habēs odorem bonum: ꝛ ingreditur ī medicinis ad multa huiusmodi. est fri. et sic. in tertio gradu. Et ideȝ auc. Aben mesuay. est fri. et sic. in tertio gradu: et stipticum. prohibet sanguinis fluxum. ꝛ cōfert casui capillorum.
Sadar. i. agrifolium cuius fruct⁹ dicitur nabach.
Sadage .i. folium.
Sades quid est. l. l. ostracorum.
Sadema .i. nigrum.
Sadenig .i. pulegium.
Sadenegi .i. ematites.
Saderna .i. sadaram.
Sabeb .i. ruta.
Sadurum .i. scotomia.
Sadurief .i. amomum.
Saduriar idem quod supra.
Safati .i. pustule faciei.
Safas est illud quasi stannum qnod remanet qn̄ efficitur cerusa: ꝛ eius subtile ē cerusa. virtutes ei⁹ sunt in assideos.
Safan .i. album.
Safara .i. abrotanum.
Safar .i. gariofilus.
Safarum. i. oleum in quo est infusum ferrum.
Saffaf .i. salalix.
Saferetrum .i. basilicon.
Safer .i. suber.
Safena est vena que est sub cauilla pedis.
Sagapinum .i. serapinum.
Sagaos .i. nitrum.
Sagarion .i. abrotanum.
Saginatus .i. pinguis.
Sagimen .i. herbena.
Sagi .i. panicum.
Sagonu .i. agnus castus.
Saginon idem quod supra.
Sagofilon .i. millefolium.
Saguasara .i. abrotanum.
Saguar .i. alumen.
Saguari idem quod supra.
Saba est species consolide.
Sabara suebz uel subezia id est uigilatio dormitatiua.
Sabade .i. sapurios.
Sabasa .i. morbillus.
Sabati .i. album.
Sabanicus est genus cibarij: ꝛ est cōposta.
Sabati scelneman .i. rosa regis.

Capi. 618.

S Abanc arabice: grece tymbra: latine saturegia. Sera. libro aggregationum capitulo sabanc auctoritate Diasco. Sabanc siue sabater est planta omnibus nota. Nascitur locis saxosis et asperis: et est similis thymo: nisi quia folia eius sunt maiora et molliora. et habet spicam plenam floribus: quorum color tendit ad citrinitatem et viriditatem. Et uirtus eius est sicut virtus thymi: ꝛ administratur sicut thymus. et est cali. et sic. in tertio gradu: ꝛ ponitur in cibis. ꝛ quedam ex eis sumitur in hortis: et est debilioris operationis q̄ȝ alia: ꝛ ipsa est magis cōueniens in cibis: quoniam acuitas est eius magis remissa.

